

MICHAEL

STRECKMULL.

THEOL.




[Faint, mostly illegible handwritten text on the main page]

Nga. 10.

1) M
2) W
3) E
4. E
5) E
6.
7) E
8
9 E
10. E
11. E
12.
13 E
14
15
16.
17
14
19.



- 44.
- 1) Mardochei notitia Karaworum.
Triglandi de Karrey. Editio Wolffii
 - 2) Wallheri de pluralitate personarum b)
in Divinis. Diff. 1.
 - 3) Eiusdem Diff. 2.
 - 4) Eiusdem Diff. 3.
 - 5) Eiusdem Diff. 4.
 - 6) Eiusdem Diff. 5.
 - 7) Eiusdem Diff. 6.
 - 8) Eiusdem Diff. 7.
 - 9) Eiusdem Diff. 8.
 - 10) Eiusdem de precibus Indarum: Alenu
Ieschabbeads etc. Diff. 1.
 - 11) Eiusdem Diff. 2.
 - 12) Eiusdem Diff. de viro cuius nomen est
Germen.
 - 13) Eiusdem de cultu Sanctuarii V. T. quem
santo fieri oportebat.
 - 14) Io. Bern. Hahnii de lingua Hebraea c)
qua sancta dicitur.
 - 15) Quandt de Culbris Circumcisionis et d)
Secessibus Hebr. Rep. N. Al. V. Nr. 32.
 - 16) Eiusdem de cornibus altaris exterioris. e)
 - 17) M. Christ. Gottl. Meiniqii Lexico Hebr. f)
 - 18) Io. Franck artificium artis Abichiana. g)
 - 19) Fridr. Sieff. Ling. Analyt. vocis שׁוֹשִׁי h)



13 5

בעימהנוצרי:

עבודת ברת המקדש שלה היתה

אלה בעמידה:

DISSERTATIONEM HISTORICO-
PHILOLOGICAM,

De

CULTU DIVINO

SANCTUarii V. T. QUEM

STANDO FIERI OPORTEBAT,

DIVINâ FAVENTE GRATIâ,

EX SCRIPTURIS SACRIS V. ac N. T.,

Targumim, utrôque Talmude Hierosolymitanô &
Babylonicô, hujusque optimis Interpretibus, aliisque scriptis
Ebræorum celeberrimis, imprimis Maimonidis secundâ lege
seu manu forti,

Summâ curâ & diligentîâ collectam, instar speciminis
cujusdam, laborum impostorum edendorum,

Orbi erudito publicè exponit,

M. CHRISTIANUS Waltherr /

Pastor Sackheim.

אם אין אני לי מי לי וכשאני לעצמי מיה אני ואם
לני עכשיו אימתי: — — — אל תאמר כשאפנה אשנה
: Si non ego mihi, quis mihi? Et cum
ego mihimet ipsi, quid ego? Et si non modo, quando? — — —
Cave dicas cum otiosus fuero discam, fortassis nunquam
otiosus eris. Pirke Abos Cap. I. & II.

M.

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS. M DCC.



PERILLUSTRI, MAGNIFICO,
AC GENEROSISSIMO
DOMINO,
DN. PAULO
de Fuchs!

Serenissimi ac Potentissimi
Electoris Brandenburgici &c. &c. &c.
Confiliario Statûs Intimo, Consistorii, quod Berolini
est, Præsidi Gravissimo, Eminentissimo, Rerumque
Feudalium Directori Summo,
Hæreditario Domino in Malchau / Heinrichsdorff /
Fuchshöffen / Wedderau / &c. &c.

MAGNO MUSARUM PATRONO,
DOMINO SUO GRATIOSISSIMO,

Munus hocce chartaceum, in sui suorumque
studiorum commendationem, sacrum
esse voluit,

M. CHRISTIANUS Walther/
Pastor Sackheim.

*Pio, Erudito, ac Benevolo Lectori Auctor
Salutem!*

Prodit denuò in lucem Dissertatio Historico-Philolog. de Cultu divinò Sanctuarii, &c. quam *Otia Theologica* peperere. Fœtum hunc ingenii, si non ingratum tibi fore deprehendero, mox alii haud vilioris conditionis excipient; veluti mensa aurea cum panibus propositionis; candelabrum aureum; altare aureum; **עולות** holocausta; **חטאות** sacrificia pro peccato; **זבחים** sacrificia pro reatu; **נדבות** sacrificia voluntaria; **מנחות** Oblationes; **נסכים** libamina; Præceptum de non nutriendâ comâ sacerdotibus V. T. datum; vestimenta alba byssina, quibus summus Pontifex solenni expiationis die est usus: quæ & alia selectarum materiarum argumenta, ritusque paucissimis obvios, ex codice sacrò, antiquissimis Ebraeorum monumentis, ac sibi commoda & idonea se obtulit occasio, Sanctis Patribus, Scriptoribusque profanis, indefessò studiò, quantum per labores sacros licuit, de die nocteque per tot annorum decursum eruimus, quod nemo ante nos, (absit tamen verbo invidia) nisi fallor tentavit. Deò adhæc juvante, Talmudis Babylonici in linguam Romanam transtulimus tractatus sequentes: Portam mediam (in quâ Doctissimus L'Empereur, morte præventus, substitit) & ultimam; de agnò paschali; de vaccâ rufâ, cùm integris commentariis **רש"י** **רמב"ם** & Obadiæ de Bartenorâ. Ex Maimonidis secundâ lege seu manu forti, latinè loqui fecimus, constitutiones de Lctione audi; de Precibus & Benedictione Sacerdotali; de Phylacteriis, Mesufâ sive schedis liminaribus, & librò legis; de **ציצית** peniculamentis; de Benedictionibus quibus cibum ac potum consecrant; de Sabbatho & **עירובין** rebus mixtis; de Synedriò & testibus legitimis vel reprobis. Insuper hinc inde annotationes, locis difficilioribus in textu occurrentibus, facem præferentes. Nunc circa *Tractatum de Aspersione sanguinis sacrificiorum V. T.* summè necessariò hostiarum immolandarum requisitò, sine quò omnes cæteræ operationes Sacerdotum pro vanis ac reprobis habebantur, occupati sumus, qui, si Numen divinum vitam tranquillam, viresque 'alacres largitus fuerit ac ut speramus, *Serenissimus ac Potentissimus Elector Brandenburgus Fridericus III. Dominus Noster Clementissimus, Sidus summorum*

morum totius Europæ Caput nostri seculi Splendidissimum, sum-
ptus ad imprimendum necessarios suppeditaverit, brevi lucem publicam
aspiciet. Fruere interim, Lector Erudite, exiguis hisce pagellis, & omnia
in meliorem interpretare partem. Memor esto antiquitus Diis immor-
talibus, non solùm Hecatombis verùm etiam lacte, molâque salâ, de-
fectum thuris supplente, litatum fuisse, teste Plinio Præfat ad Vespasian.
Hist. Natul. libris præfixâ: & diis, inquit, lacte rustici, multaque
gentes supplicant, & molâ tantùm salâ litant, qui non habent thu-
ra, nec ulli fuit vitiô, DEOS colere quoquô modô posset. H. J. Exor-
nent alii Tabernaculum Domini, aurô, argentô, hyacinthô, purpurâ,
byssô, bis tinctô coccô, mihi vel æs, pilos caprarum, pellesque arie-
tum & taxorum attulisse sufficiet. Legimus in Exodô, utimur ver-
bis Hieronymi, ex Epist. CXXVIII. ad Fabiolam de Vestitu Sacerdot:
tabernaculum, mensam, candelabrum, coccum, byssum, hyacin-
thum, purpuram, ex auro, argentô, ære, vasa diversa; pelles
rubras, pilos caprarum. Tanta & talia offeruntur in Taberna-
culo DEI, ut nullus desperet salutem. Alius aurum sensuum,
alius argentum eloquii, alius vocem æris exhibeat. Dabam è muscô
meô, Regiomonti Prussorum, annô recuperatæ per Christum
salutis, in Adamô deperditæ, M DCC.
die 21. Octobr.



נשי:

2
locum nisi quem intrare licet; neque sedeat in atrio; neque caput
suum superbè eleuet contra portam orientalem, quia dicitur:
sabbatha mea custodietis, & Sanctuarium meum timebitis. Jam
quemadmodum custodia sabbathi aeterna: sic & timor Sanctu-
arii aeternus; quod sanctitatem pristinam etiam eversum retinet.
Conf. Mass. Jebamos, & סַמָּנָה l. cit.

§. II. Primatum Sacerdotes in Republ. Ebræorum, cul-
tum divinum si spectemus, obtinent; de iis verò scriptura
sacra testatur, quod stando ministrarint his verbis: בער
ההויה הכריתל ה' את שבט הלוי לשאת את ארון ברית
: אשרתו: qua Vulgatus Interpres trans-
tulit: eò tempore separavit Dominus tribum Levi, ut portaret arcam
foederis Domini, & staret coram eò in ministerio, Deut. X. 8. LXX.
Interp. παρεστάναι, ἑναρτι κωεῖς, λειτουργεῖν, assistere coram Domino,
ministrare. Targum Onkelos: למקם קדם ה' לשמשותיה:
ut staret coram Domino, ad ministrandum ei. Syrus: ודנקום
וה' מריה קדם מריה ונשמשייהוה ut staret coram Domino, & ministra-
ret ei. Arabs: ויקימוהו בין ידיו ויחזמוהו & starent in-
ter manus ejus, id est, coram illò, & inservirent ei. Versio
Samaritana: ad standum coram Domino, ut serviat ei. Biblia
Germanica Judæor. Germanor: zu stehen/ zu dienen vor Gott.
Et Cap. XVII. 12. qui autem superbierit, nolens obedire sacerdo-
tis imperio, qui stat ad ministrandum ibi Domino DEO tuo. Targum Onkelos: וקאם
: אשרתו: qui stat ad ministrandum ibi. Cap. XVIII. 5.
legimus: ipsum elegit Dominus DEUS tuus, לעמור אשרתו
: בשם ה' הויה ובניו כל הימים: Vulgatus, Latinus:
ut stet ac ministret nomini Domini, ipse & Filii ejus in sempi-
piternum. Et versu VII. ministrabit in nomine Domini Dei sui,
sicut omnes fratres ejus Levita, stantes
ibi

3

ibi coram Domino. Conf. Nehem. Cap. XII. 44. & Pf. CXXXV. 2. Jerem. XXVIII. 5. I. Reg. VIII. XI. II. Chron. V. XIV. & Cap. XXX. 16. Et Cap. XXIX. XI. Præceptum hoc sacerdotibus religiosè semper observâsse Ebraei unò fatentur ore. Gemara Babylon. Cap. II. Mass. Sebachim fol. m. XIX. Col. 2. in medio: **אמר קרא לשרת ושירור מעומד הויה:** *dicunt scriptura ad ministrandum; ministerium autem stando fit.* Pefikta Sutra ad Deut. Cap. XVIII. 5. fol. m. LXXVII. Col. I. in princ: **מלמד שאין השירור כשרה אלה בעמידה:** *docet versiculus solum ministerium stando factum benè se habere.* מכאן שאין שירור אלה מעומד **רשי** *ad eund. locum:* *exinde discimus ministerium sacerdotale non nisi stando peragi posse.* Et ad Nehemiæ Cap. XII. 44. **להם והלויים הראוי להם העומדים ומשמשים שם לפני** *Sacerdotes ac Levitæ primitias ac decimas à Deo sibi ordinatas tollebant, stantes ibi coram Domino, & servientes gratiarum actioni ac laudi.* Gemina his habet ad verba Gemaræ Babyl. *non est sessio in atrio templi &c.* Cap. II. Mass. Joma, fol. m. XXV. Col. I. R. Bechai ad Deut. XVIII. 5. fol. m. CCXIX. Col. III. in medio: **למדך** *docet te scriptura cultum divinum stando solum modò peragendum.* **הלכך** *ad Cap. XVII. 12. Deut. fol. m. CCXXIII. Col. IV. in medio:* **מאמרו העומד לשרת שהשירור לא יהיה אלה בעמידה.** *dicente scripturâ, qui stat ad ministrandum, discimus ministerium Sacerdotum solâ statione fieri debere.* Ab. Esra ad Pf. CXXXV. 2. verba illa: **הם הכהנים המקריבים** *qui stant in domo Domini: isti sunt Sacerdotes offerentes holocausta.* Et **רק** *ad h. l. Vos qui statis in domo Domini laudate Dominum, verbis hisce Sacerdotes alloquitur.* Maimon denique ad Cap. II. Mass. Sebachim

Misch. I. fol. m. CXXII. Col. IV. ante medium: לא ישב על הקרקע שאין ישיבה במקדש שנאמר לעמוד לשרת בשם ה' *Sacerdos manus pedesque consecraturus in pavimento non sedeat, quia sessio in Sanctuario non conceditur, prout dicitur: ut stet ad ministrandum in nomine Domini; ut stet coram Domino ad ministrandum ipsi.* Vid. quoque Gemara Babyl. Cap. VII. Mass. Sota, fol. m. XXXVIII. Col. I. in medio. Piske Tosephos Mass. Sebachim fol. m. CXX. Col. II. in princ: סמך Præcept. affirm. CLXXV. fol. m. CCXII. Col. IV. in fine.

§. III. Secus si fecisset Sacerdos, v. c. sedendo suffimentum si adolevisset; victimam jugulasset; sanguinem excepisset vel aspersisset; pellem detraxisset; hostiam membratim dissecuisset; sale membra condivisset eaque in ignem coniecisset, &c. operatio ejus pro illegitimâ habebatur. Disertè Misch. I. Cap. II. Sebach. fol. m. XV. Col. II. כל הזבחים שקבלו רמן זר אונן שיבול יום — — — יושב: פסוק — — — *omnia sacrificia, quorum sanguinem excepit peregrinus, (id est, qui non est ex stirpe Levi:) lugens, de die lavandus, — — — sedens, — — — reproba sunt.* Ad quam Gemara Babyl. fol. m. XXIII. Col. II. in medio: יושב מנלן — — — אמר קרא לעמוד לשרת לעמוד בחרתיו ולית לשיבה תר לעמוד לשרת מצורה כשהוא אומר העומדים: *unde probamus sacrificium à sedente oblatum reprobum esse? — — — scriptura dicit, ut stet ac ministret, Deut. XVIII. 5. q. d. non ad sedendum sed ad standum elegi sacerdotes. Tradunt Rabbini, verba illa ut stet ac ministret, vim præcepti habent. Dum autem scriptura dicit: stantes ibi, Deut. XVIII. 7. docet sessionem ministerio sacerdotis obstare.* Obadiah de Bartenora ad eandem, fol. m. III. Col. II. in

II. in prin. יושב דכתיב לעמוד לשרת שלא יהא שירות [§]
 מעומר ^{אלה} *sedens profanat victimam quia scribitur: ut stet
 ac ministret. Nam ministerium divinum non nisi stando per a-*
gitur. Siphre ad Deut. XVIII. §. fol. m. XLV. Col. IV. an-
 te finem: מניד הכתוב שאין שירות כשר בו ^{אלה} מעומר:
 : ^{ואם} *indicat scriptura mi-*
nisterium sacerdotis, non nisi stando per actum legitimum esse;
cultumque ejus, si sedens ministerium obeat, pro reprobo haberi.
 Maimon in Bias Hammikdasch Cap. V. §. XVI. אינו מקדש
 כשהוא יושב מפני שהוא כעבודה ואין עבודה ^{אלה}
 : *manus pedesque sacerdos sedens*
non consecrat, quia consecratio ista habetur instar ministerii;
ministerium autem stando solum modo fieri debet, quia dicitur:
ad standum ac ministrandum. §. XVII. addit: וכל העובר
 : *& quicumque sa-*
cerdos sedendo sacris operatur, is victimam reddit profanam,
cultusque ejus fit reprobus. Conf. סמ"ג *præcept. Neg. CCCIX.*
fol. m. LXXXV. Col. III. in fine. Jalkut R. Schimeon fol. m.
CCLXXXVI. Col. II. in princ.

§. IV. Contra hætenus allata non immeritò aliquis
 ita excipere posset. Nonne Deus jugum hæc ratione hu-
 meris sacerdotum intolerabile imposuisset? Quî enim multos,
 varios, concatenatos Sanctuarii labores quotidie diebusque
 solennioribus, quibus præter sacrificia ordinaria, extraor-
 dinaria magnâ afferebantur copiâ, à mane usque ad vespere-
 ram stando perficere: aut unde sufficientes ad quotidiana
 ministeria vires, alternâ requie carentes, haurire potuissent?
 Sed salva res est si observemus (I) totam catervam sacerdo-
 tum singulis diebus ad operationes sacras nunquam conve-
 nisse, sed diversas fuisse curias alternatim singulis hebdoma-
 dibus in Sanctuario rem divinam facientes, vide Luc. I. §.

6
 Numerus equidem sacerdotum in Pentateucho Mosis librisq;
 Chronicorum, uti Levitarum non exprimitur, profapiam
 tamen Aaronis de stirpe Eleazaris & Ithamaris jam tum illis
 temporibus, in octo classes divisam satis numerosam existi-
 tisse, certum est. Ordinem hunc sacerdotalem, cum ni-
 mium excrevisset, David suo tempore in quatuor & vigin-
 ti divisit classes, quæ etiam recensentur I. Chron. XXIV. 4. 19.
 Hæ classes משמרות id est *custodia* appellabantur, quod sa-
 cerdotes instar custodum ac vigilum attentam muneris sui
 curam haberent. Classis quælibet per integram hebdoma-
 dam ministrabat, ita ut singulis sabbathis curia recederet,
 novaque alia succederet, Conf. Joseph. Lib. VII. Antiq. Ju-
 daic. Cap. XI. fol. m. 248. in fine. Sed diebus festis curiæ
 omnes, ad cultum divinum præstandum præstò in Sanctua-
 riò erant. Harum unaquæque classium, rursùm in alias cu-
 stodias minores, *Domus Patrum* dictas, distinguebatur, ex
 quibus singulæ suos ministrandi dies habuerunt, designatos
 pro numerò sacerdotum, ex quibus domus paterna quæli-
 bet constabat. v. c. Si custodia sacerdotum hebdomadalis
 ex septem domibus Patrum constaret, tum singulæ domus
 Patrum singulis hebdomadæ diebus ministrabant. Sin
 ex quinque tantùm domibus Patrum constaret, tum tres
 tribus septimanæ diebus serviebant, reliquæ duæ quatuor
 diebus. Maimon in Kele Hammikdash Cap. IV. §. III.
 משה רבינו חלק הכהנים לשמונה משמרות ארבעה
 מאליעזר וארבעה מאיתמר וכן היו עד שמואל הנביא
 ובמי שמואל חלקם הויה ודוד המלך לארבעה ועשרים
 משמרות ועל כל משמר ומשמר ראש אחר ממונה ועולין
 לירושלים לעבודה משמר לכל שבת ומיום השבת
 ליום השבת הן מתחלפין משמר יוצא והאחר שהוא אחריו
 משה magister noster sa-
 cerdotes

7

cerdotes in octo divisit custodias, quatuor de semine Eleazaris, & quatuor de semine sumpsit Ithamaris, qui ordo ad Samuelem prophetam duravit; is suo tempore cum Davide rege sacerdotes in viginti quatuor divisit curias, quarum singula suum habebant caput, scil. prefectum. Et ad cultum divinum Hierosolymis obeundum singulis septimanis una ascendebat curia; curia vero singulis permutabantur sabbathis, sic ut una exiret, altera in ordine eam sequens ingrederetur, donec curia omnes suo functa essent officio; & tali modo per circuitum in orbem redibant. §. IV.

*ומצורת עשה להיות כל המשמרות שוים בלגלים
וכל שיבונם מן הכהנים ברגל ורצה לעבור עובר:*

preceptum affirmans est, ut diebus festis curia omnes equali ratione se sistant; & quilibet pro lubitu ex sacerdotibus presentibus sacris operari poterat, Conf. Mass. Taanis Cap. IV. Misch. II. & Gemar. Babyl. ad eandem fol. m. 27. Col. I. post medium.

De posteriori distinctione curiarum, quas singulis diebus pro numero sacerdotum, ex quibus domus paterna quaelibet constabat, sacra tractasse diximus, agitur in Gemara Hierosolymit: ad Caput IV. Mass. Taanis fol. m. 68. Col. I. ante medium. (II) Distincta existebant ministeria quotidiana sanctuarii omnia, & singulis diebus mane per quatuor sortitiones sacerdotibus distribuebantur. Prima fors ducebatur de altari exteriori seu holocausti purgando, quod praestabat is, cui purgatio altaris sorte obtigerat. Idem ille rogam extruebat, & lignorum segmenta duo in altare portabat. Porro idem plenum ignis thuribulum de altari exteriori deportabat ad altare aureum, ad thymiana adolendum. Sors secunda erat, quis sacrificium jure matutinum mactaret; quis sanguinem illius spargeret; &c. Hac sorte tredecim sacerdotes fungebantur. Is qui primus sorte exhibat, sacrificium jure matutinum mactabat; secundus ab illo sanguinem ejus aspergebat altari; tertius

tius ab altari aureo cineres removebat; quartus lucernas purgabat; reliqui novem membra victimæ &c. ad collem deferrebant. Mass. Tamid. Cap. IV. Misch. III. Tertia sortitio fiebat, quis thymiama in Sancto adoleret. Quarta fors cadebat in eos, qui de colle membra victimæ ad altare deferrent. Novem, decem, undecim, duodecim sacerdotes ad sacrificium jure matutinum ac vespertinum designabantur. Ovis capraque cum oblationibus & libaminibus suis ab octo; Aries ab undecim; bos & juvencus à viginti quatuor offerebantur. De sacrificio jure vespertino nulla ducebatur alia fors, sed cuicumque sacerdoti a iqua ex operationibus matutinis sorte obtigerat, hæc eadem illi & in vesperam cadebat. Excipitur suffimentum de quo fors alia ad vesperam ducebatur, &c. &c. &c. Vide Mass. יומי Cap. II. Misch. II. & sequent. Maimon in Temidin Umusaphin Cap. IV. §. I. & sequent. & Maase Korbanos Cap. VI. §. X. & sequent. Nullas proinde aut valde exiguas cultus divinus tali modo divisus sacerdotibus creabat molestias, neque stando ministrantes defatigabantur, dum per totum anni spatium, sacros, decem vix diebus, Hierosolymis subirent labores, ac tempore ministerii ordinarii à sociis curiæ hebdomadalis alternatim tum servientis, quorum cuilibet per sortem electo, propria assignabantur munia, sublevarentur.

§. V. Sacerdos summus pro lubitu cultui divino vacare poterat, exceptis septem diebus festum expiationis antecedentibus, ut & solenni expiationis die, prout docetur in Mass. Joma Cap. I. Misch. II. כִּלְ שבעת הימים הוּיָ זורק את הדם ומקטיר את הקטורת ומטיב את הנרות ומקריב את הראש ואת הרגל ושאר כִּלְ וְאֵת הַקִּרְיֹב מִקְרִיבֵי הַיָּמִים אִם רָצוּ לְהַקְרִיב מִקְרִיבֵי: quæ Scheringamius Doctissimus Anglus ita transtulit: *Omnibus istis septem diebus,*
ipse

9

ipse sanguinem spargebat, suffitum adolebat, lucernas aptabat, caput pedemque offerebat; ceteris diebus si offerre voluerit, offerebat &c. Sed quoties munere sacro fungebatur, toties stando operabatur, quia ipsi præcipitur: לעמוד לשרת הוא: *us stet ac ministret ipse & filii ejus omnibus diebus*, Deut. XVIII. 5. Ad oculum hoc quoque patet ex ministerio solenni expiationis die peractò. Sic Sacerdos summus: עומד במזרח ופניו למערב וסומך שתי ידיו עליו: *stabat in plaga orientali, facie ad occidentem conversâ, & manum utramque juvenco suo imponebat*, Joma Cap. III. Misch. VIII. *Stans succussabat urnam & sortes inde eximebat*, והסגן בימיו, *Princeps sacerdotum ad dextram, & præfectus patrum ei stabant ad sinistram*, Cap. IV. Misch. I. Secundâ vice ad juvencom suum ibat, cui stans duas imponebat manus l. cit. Misch. II. *Stans macerabat juvencom suum, & paterâ excipiebat sanguinem* l. cit. Misch. III. *Stans coram arcâ fæderis suffimentum sacrum adolebat; sanguinemque juvenco ac hirci versus arcam spargebat*, Cap. V. Misch. III. *Stans, manibus hirco emissario impositis, peccata populi confitebatur*, Cap. VI. Misch. II. *Stans juvencom ac hircum qui comburendi erant, in partes dissecabat*, ibidem Misch. VII.

§. VI. Libertatem tamen sedendi Sacerdotes summos tempore cultus publici, ceteris sacerdotibus sacra tractantibus, in atriò Israelitarum obtinuisse, non ineptè colligitur ex I. Sam. I. 9. ubi de Eli dicitur: וְעָלִי הִכְהֵן יוֹשֵׁב עַל הַכִּסֵּא עַל מִזְבֵּחַ הַיְהוָה: *& Eli sacerdos sedebat super sellam, ante postes Templi Domini.* Fargum Jonathan: יָתִיב עַל כּוֹרְסִיָּה עַל מִזְבֵּי בַסֵּטֶר: *sedens super thronum suum, juxta postes in latere liminis Templi Domini.* לֹא הָיָה יוֹשֵׁב בְּהִיכָל: *אבל בעזרה והיה לו רשות לשבת שם לפי שהיה כהן גדול:*

non sedebat Eli in Templo sed in atrio; & ibi potestatem sedendi habebat, quia munere Summi Sacerdotis fungebatur, sunt verba
 יש מרביתנו ז"ל ad h. l. Similarly ר"ק ad eund. ז"ל
 שאמרו כי אין ישיבה בעזרה אפילו למלכי בית דוד ז"ל
 sunt qui- לכהן גורל שנאמר ועלי הכהן יושב:
*dam ex Rabbini nostris f. m. qui dicunt, nec Regibus Domus Da-
 vid sessionem in atrio concedi, nisi Sacerdoti summo, quia dicitur:
 & Eli sacerdos sedebat, &c. Abarbanel ad l. cit. ר"ל שהיה*
 יושב בעזרה סמוך מזוורת ההיכל וחז"ל למרו מכאן
*sensus est: quod Eli sederit in atrio
 juxta postes Templi. Sapientes nostri f. m. ex hoc versiculô di-
 dicere, sacerdotem summum in atrio sedisse. Jalkut in h. l. parte
 II. fol. m. 12. Col. IV. Num. LXXVIII. antefinem ר' אמר ר'
 אמר אף למלכי בית דוד אין ישיבה בעזרה ולמי היתה
 dixit R. Ammi, nec ישיבה לכהן גורל שנאמר ועלי הכהן:
*Regibus domus David licitum in atrio sedere. Cui proinde ses-
 sio concessa? Sacerdoti summo, quia dicitur: & Eli Sacerdos
 sedebat, &c. Desumpsit hæc R. Schimeon ex Midrasch Til-
 lim, in Ps. I. mox in princ. fol. m. 2. Col. I. ante medium.
 Peculiare ipsi in hoc atrio conclave, לשכרת כהן גורל,
 conclave Summi sacerdotis dictum, assignant in Mass. Middos
 Cap. V. Misch. III. hisce verbis: לשכת העץ אמר ר' אליעזר
 בן יעקב שכחתי מה היתה משמרת אבנא שאור
 qua ex interpretatione summi Philologi
 L' Empereur hunc habent sensum: de conclave lignorum di-
 xit R. Elieser filius Jacobi, reperi quis ejus fuerit usus? Aba Saul
 inquit, fuit conclave sacerdotis magni. Maimon in Kele Ham-
 mikdasch, Cap. V. §. VII. ובית יהיה לו מוכן במקדש והוא
 הנקרא לשכרת כג' ותפארתו וכבודו שיהיה יושב במקדש
 כל היום ולת יצא אלא לביתו בלבר כלילה או שעה או
 שתים**

Domus Sa-
 cerdoti summo in Sanctuario parata erat, & hoc conclave,
 conclave summi Sacerdotis vocabatur. Splendor ejus glo-
 riaeque erat, quod per totum diem in sanctuario sederet. Exinde
 non exibat nisi ad domum suam, & quidem nocturnò solum tem-
 pore; aut de die per horæ spatium aut bihorium. Domus ejus
 existebat Hierosolymis, & non movebat se inde. Conclave hoc com-
 muni nomine appellabatur לשכת פרהרין conclave Parhedrin,
 vel ut Talmud Hierosolymit. legit. פלהרין Palhedrin, ad
 quod septem diebus ante festum expiationis à domo suâ se-
 parabatur, quâ de re legendum Cap. I. Misch. I. Mass. Joma.
 Maimon in Bes Habbechira Cap. V. §. 17. de hâc domo se-
 quentia tradit: — — שמנה לשכות היו בעזרת ישראל — —
 לשכת העץ — — לשכת העץ היתה אחורי שתייהן
 והיא היתה לשכת כהן גדול והיא הנקראת לשכת
 פרהרין *octo conclavia in atrio erant Israëlitarum.* — — Con-
 clave ligni. — — Conclave ligni exstructum erat post duo
 superiora conclavia. Et hoc fuit conclave summi Sacerdotis,
 conclave Parhedrin dictum. Et in Abodas Jom Hakkippurim
 Cap. I. §. III. שבעת ימים קודם ליום הכפורים
septem diebus ante לשכתו לשכתו שבמקדש:
diem solennem expiationis sacerdotem summum separabant à do-
mo suâ, ad conclave ejus in Sanctuario existens. Obadias de,
 Bartenora ad Cap. V. Misch. IV. Mass. Middos fol. m.
 CLVI. Col. II. in princ. לשכת העץ היא היתה לשכת
 כהן גדול לשכת פרהרין דתנן בריש יומא שבעת ימים
 קודם יום הכפורים מפרישים כל מכותו לשכת פרהרין:
conclave ligni est conclave Sacerdotis summi. Et hoc est con-
clave Parhedrin, quia docemus in principio Mass. Joma: septem
 B 2 *diebus*

diebus ante diem expiationis Sacerdotem summum de domo sua separant ad conclave Parhedrin.

§. VII. In atrio hōc interiori, atrio scilicet Israëlitum, (de quō consulendus Maimon in Bes Habbech. Cap. V. §. XII. & sequent. & Cap. VI. §. 2. & 5.) nemini ex universō populō, sacris si interesset publicis, aut orandi causā in templum se reciperet, sedere licebat, ut nos in nostris solemus, licet diu stetisset ac stando defatigatus esset, sed omnes aut erecti stabant, aut in genua procumbebant. Sententiam nostram sequentia scripturæ confirmant testimonia: ויסב המלך ארת פנו ויברך ארת כל קהל ישראל וכר: קהל ישראל עומד: Vulgatus Interpres *convertitque Rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesie Israël, omnis enim Ecclesia Israël stabat*, I. Reg. VIII. 14. II. Chron. VI. 3. Et Cap. XX. 9. Iosaphat Rex in angustiis constitutus, ante atrium novum Domini ita orabat: *Si irruerint super nos mala, gladius iudicii, pestilentia & fames*: נעמדה לפני הבית הזה ולפניך Vulgatus Interpres: *stabimus coram domo hac in conspectu tuo, quia nomen tuum in hac domo*. LXX. Interp. *ἡσόμεθα ἐναντίον τῆς οἰκῆς ταύτης, καὶ ἐναντίον σὲ* *stabimus coram domo hac, & coram te*. I. Sam. I. 26. *& ait Hanna, obsecro, mi domine, vivit anima tua, domine, ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum*: אני האשה הנצנת אמכה בזה להתפלל אל יהוה: Et Dominus testis omni exceptione major hanc parabolam proponit: ἀνέβησαν δὲ ἄνθρωποι εἰς τὸ ἱερόν προσεύχασθαι, — — — ὁ Φαρισαῖος σταθεὶς προσήυχετο. — — — ὁ πλιάνης ἐστὸς μακρόθεν, *ascenderunt duo homines in templum ut precarentur, — — — Phariseus stans precabatur, — — — publicanus stans procul, &c.* Luc. XVIII. 10. 11. 13. Ubicunque enim Judæi orabant, religio ipsis erat sedere, sed preces tum privatas tum publicas stando, facie ad sanctuarium conversâ, ordinariè celebrabant. Inde Dominus

minus Hypocritas perstringens: Φιλῆσον, inquit, ἐπὶ τοῖς
 προσευχέσθαι ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν,
 amant stantes orare in Synagogis, & in angulis platearum,
 Matth. VI. 5. Et Marci cap. XI. 25. καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμε-
 ροι & cum steteritis orantes. Inde Maimon in Tephilla U-
 birchas Cohanim Cap. V. §. I. שְׁמֵנָה דְּבָרִים צָרִיךְ הַמְתַּפְּלֵל
 לְהִזְהַר בְּהֵן וּלְעִשׂוֹתָן — — — וְאִילוּ הֵן עֲמִידָה וְנוֹכַח הַמִּקְדָּשׁ:
Octo preces fundenti necessario observanda faciendaque veniunt.
 — — — *Ista sunt ut stet, seque versus sanctuarium conver-*
tat. §. II. *ita pergit:* הִיא מִתְּפַלֵּל אֵלָּא מְעוֹמֵד הִיא
 יוֹשֵׁב בְּסִפִּינָה אוֹ בְּעִגְלוֹתָא אִם יִכּוֹר לְעִמּוּד יְעִמּוּד אִם
 : *qua est ratio standi? non nisi stans*
orat. In navi aut curru si sedeat, stet si stare possit; sin stare
non valet, in loco suo sedens precetur. §. III. נֹכַח הַמִּקְדָּשׁ
 כִּיצַר הָיָה עוֹמֵד בְּחוּצָה לְאַרְץ מַחֲזִיר פָּנָיו נֹכַח אֶרֶץ
 יִשְׂרָאֵל וּמִתְּפַלֵּל הִיא עוֹמֵד בְּאַרְץ מְכוּיִן אֶרֶץ פָּנָיו כְּנֶגֶד
 יְרוּשָׁלַם הָיָה עוֹמֵד בִּירוּשָׁלַם מְכוּיִן פָּנָיו כְּנֶגֶד הַמִּקְדָּשׁ
 הָיָה עוֹמֵד בְּמִקְדָּשׁ מְכוּיִן פָּנָיו כְּנֶגֶד בֵּית קֹדֶשׁ הַקְּדוּשִׁים:
qua est conversio orantium versus Sanctuarium? Extra ter-
ram sanctam stans, facie versus terram Isræl conversâ, oret;
in terrâ sanctâ stans, dirigat vultum suum versus Hierosolymam;
Hierosolymis stans faciem suam convertat sanctuarium versus; in
sanctuariò stans, faciem suam convertat versus sanctum sanctorũ.
 Et Cap. I. ejusdem tract. §. III. scribit: וְהָכֵל יִהְיוּ מִתְּפַלְּלִין
 נֹכַח הַמִּקְדָּשׁ בְּכָל מְקוֹם שִׁיְהִי וְכֵן הִיא הַדְּבָר תְּמוּד
 : *omnes hoc observant, ut oraturi se*
dirigant versus sanctuarium, quocunque in loco sint constituti.
 Atque ita perpetuò, observatum fuit à Mose usque ad Esram. No-
 tabilia denique sunt verba Psalmographi Ps. CXXXV. 2.
 : שְׁעוֹמְרִים — — — בְּחִצְרוֹת בֵּית אֱלֹהֵינוּ
 qui stant in atriiis domus

agitanda. Mass. Kelim Cap. I. Misch. VIII. fol. m. VI. Col.
 II. ante medium: עזרת הכהנים מקודשת ממנה שאין
 ישראל נכנסים שם אלא בשעת צריכיהם לסמיכה
 : *atrium sacerdotum sanctius erat atriò Israë-*
litarum, quia nullus Israëlita eò venire poterat, nisi urgente
necessitate; ad imponendas hostie manus; aut ad mactandam vi-
ctimam, aut ad agitandum sacrum. Maimon in Bes Hab-
 bechira Cap. VII. §. XIX. quartam addit conditionem
 ולכפרה & *ad expiationem faciendam.* Inter vestibulum &
 altare holocausti, (quod spatium sanctius erat atriò sacerdo-
 tum, Kelim & Maimon I. cit.) populus expiationis festò,
 cæterisque anni diebus stabat. Expiationis die stabat po-
 pulus cum sacerdotibus, pontifice summò manus suas ju-
 venco suo bis, & hirco emissario semel (quæ animalia inter
 vestibulum & altare stabant, Mass. Joma Cap. III. Misch.
 VIII. Maimon in Abodas Jom Hakkippurim Cap. IV. §. i.)
 imponente, ac confessionem triplicem, unam pro se, alteram
 pro se & reliquis sacerdotibus, tertiam pro universò populò
 edente. Hic audiens nomen *Τετραγάμματος* Sacerdotis sum-
 mi ore prolatum, unà cum sacerdotibus adstantibus, flexis
 genibus incurvatò corpore procidebat in faciem, ad singu-
 las confessiones respondens: *Benedictum sit nomen gloriosum*
regni ejus in secula seculorum. Discimus hæc ex Maimoni-
 dis Abodas Jom Hakkippurim Cap. II. §. VI. נמצאת למר
 שהיה מתורה ביום זה שלשה וידוים אחר על ידי
 עצמו תחיל וידו שני על ידי עצמו עם שאר הכהנים
 ושניהם על פר החטאת אשר לו והודו שלישי על
 ידי כל ישראל על שעיר המשתלח ומזכיר את השם בכל
 וידו מהם שלשה פעמים כיצד הויה אומר אנה השם
 חטאתי עויתי ופשעתי לפניך אנה ה' כפר נה לחטאים
 ולעוונות

ולעונות ולפשעים שחטאתי ושעויתי ושפשעתי וכו' שנאמר
 כי ביום הזה יכפר עליכם לטהר אתכם מכל חטאתיכם
 לפני ה' תטהרו הרי שלמה פעמים הזכיר את השם וכן בכל
 : *Sciendum est sacerdotem summum die expiationis tres*
edidisse confessiones. Unam & quidem primam pro se, secundam
pro se caterisque sacerdotibus. Vtraque confessio, manibus ju-
venco sacrificii pro peccato summi pontificis impositis, perageba-
tur. Tertia propter totum populum Israëliticum super hircô
emissario fiebat. Ter in quâlibet confessione nomen Tetragram-
mation proferebat. Quibus verbis confessio ejus concepta
erat? Dicebat, Obsecro, Domine, peccavi, perversum, ac re-
bellem me coram te exhibui. Obsecro Domine expia nunc pec-
cata, iniquitates & rebelliones, quas peccavi, in quibus perversum
& rebellem me coram te exhibui, &c. prout dicitur: quia die hâc
expiabit vos, ad mundandum vos ab omnibus peccatis vestris,
coram Domino mundabimini, Levit. XVI. 30. Ecce tribus vici-
bus nomen Domini pronunciat. Id in cateris quoque ob-
servat confessionibus, &c. §. VII. pergit. כל הכהנים והעם
העומדים בעזרה כשהם שומעים את השם המפורש
יוצא מפי כהן גדול בקדושה ובטהרה היו כורעים
ומשתחוים ונופלים על פניהם ואומרים ברוך שם כבוד
Sacerdotes omnes populusque in atrio stan-
tes, dum auribus percipiunt nomen DEI expositum vel glorio-
sum ore sacerdotis summi in sanctitate ac puritate proferrî, ge-
nua flectunt, incurvant se, ac in facies suas procidunt, dicentes:
benedictum sit nomen gloriosum, &c. Vid. Cap. IV. §. I. Et Mass.
Joma Cap. III. Misch. VIII. Cap. IV. Misch. II. Cap. VI.
Misch. II. Machsor in Musaph Schel Jom Kippur, parte I.
fol. m. 119. 120.

§. IX.

17

§. IX. Dum suffimentum in Sancto Sanctorum incende-
batur, populus universus stans recedebat à templo, rema-
nens interim in spatio inter vestibulum & altare intermediò.
Gemara Babylon. Cap. IV. Mass. Jom. fol. m. XLIV. Col. J.
in medio: בשעת הקטורה דלפני לפני מהיכל
tempore thymia-
matis, quod in adyto adolebatur, recedebat populus à templo,
sed à spatio inter vestibulum & altare holocausti non recedebat.
Maimon in Abodas Jom Hakkippurim Cap. IV. §. II.
בשעת הקטורת הקטורת בקדש הקדשים כל העם פורשים
מן ההיכל בלבד ואינן פורשין מבין האולם ולמזבח שאין
פורשין מבין האולם ולמזבח אלא בשעת הקטורה בהיכל
tempore thy-
miamatis, thymiamatis scilicet illius, quod in sanctò sanctorum a-
dolebatur, universus populus recedebat à Templò tantum; non
verò à spatio inter vestibulum & altare. Nam à spatio inter
vestibulum & altare populus quotidie non recedebat, nisi tempore
suffitus in templo, quoque sanguis in templo aspergebatur. Cæ-
teris diebus anni populus inter vestibulum ac altare holo-
causti stabat propter sacerdotes, qui, sacris peractis, in gra-
dibus vestibuli stabant, elatisque manibus populo verbis
Num. VI. 24. 25. 26. à Deo præscriptis, benedicebant; qui-
bus populus benedictione finitâ respondebat: benedictus Domi-
nus Deus, Deus Israël, in secula seculorum. Mass. Tamid Cap.
VIII. Misch. II. באו ועמדו על מעלות האולם עמדו
הראשונים לדרום אחיהם הכהנים וחמשה כלים בידם הטו
ביד אחד והכו ביד אחד והמתתרה ביד אחד והכו ביד
אחד וכף וכסויה ביד אחד וברכו ארץ העם ברכה אחת
אלא שבמדינה אומרים אותה שלש ברכות ובמקדש ברכה
reversi sacerdotes in gradibus vestibuli stabant, primi
inter

inter eos stabant ad latus australe fratrum suorum sacerdotum. Quinque ex eorum ordine habebant vasa in manibus suis, primus habebat in manu Teni; (cujus usus in decineratione altaris interioris) secundus urceum; (vas ministerii sacerdotalis decinerationi candelabri inserviens) tertius thuribulum; (in quò carbones erant) quartus phialam thurariam; quintus lancem (erat certum vas cui phiala thuraria imponebatur. Vide Maimon de hisce vasis sanctuarii in Temidin Umusaphin, Cap. III. §. IV. & §. XVII.) cum ejus operculo. Ita stantes benedicebant populo benedictione unâ. In provincia (hoc est extra Hierosolymam) benedictionem sacerdotalem in tres dividebant benedictiones; in sanctuario una obtinebat benedictio. סמן Præcept. Affirmat. XX. fol. m. 103. Col. IV. post medium: אין העם עונים אמן אחר כל פסוק אלתי עושין במקדש ברכה אחת וכשילימו כל העם ענין ברוך ה' אלהים: non subiungit populus Amen cuilibet versiculo, (tribus illis versiculis benedictionis sacerdotalis Num. VI. 24. 25. 26. prout in provincia faciunt) sed in Sanctuario (ex tribus hisce versiculis) unam faciunt benedictionem. Et postquam sacerdotes benedictionem ad finem perduxerunt, universus respondet populus: benedictus sit Dominus Deus, Deus Israëlis à seculò in seculum. Conf. Maimon in Tephilla Ubirchas Cohanim Cap. XIV. §. 9. Et Schilte Haggibborim, Hammagen Harrischon, fol. m. 108. Col. IV. ante medium.

§. X. Sed cùm sacerdos suffitum facturus, aut sanguinem aureo altari aspersurus sanctum ingrederetur, omnes inter vestibulum & altare holocausti stantes recedebant ab istò spatio. Gemara Babyl. ad Cap. IV. Joma fol. m. XLIV. Col. I. in medio: פורשין מבין האולם ולמזבח: omnes recedebant à spatio inter vestibulum &

& altare tempore thymiamatis. (Quod etiam repetunt in Mass.
 Kelim Cap. I. Misch. IX. fol. m. 7. Col. I. Vide רש"י ad h. l.) Et
 quibusdam interjectis in ipso fine בשעת בין פורשין בין
 הקטורה ובין שלח בשעת הקטורה ובין האולם
 In Templo ולמזבח אין פורשין אלא בשעת הקטורה;
 existentes sacerdotes recedunt, sive adsit tempus thymiamatis,
 sive non adsit. At spatium inter vestibulum & altare non rece-
 dunt nisi tempore suffitus. Ad quæ verba רש"י ita commen-
 tatur: שבהיכל פורשין בין בשעת הקטורה בין בהיכל
 בין לפני לפני לפני בין שלח בשעת הקטורה אלא שעת
 מתן דמים בין ההיכל בין לפני לפני ובין האולם
 ולמזבח לא פורשין שלח בשעת הקטורה והיא שעת
 מתן דמים ולפני לפני לפני בשעת הקטורה ההיכל;
 qui in templo sunt recedunt, tum tempore thymiamatis quod in-
 fertur vel in templum, vel in sanctum sanctorum; tum non
 instante tempore suffitus, sed tempore aspergendi sanguinem,
 tam in sancto, quam in Sancto sanctorum. A spatium inter ve-
 stibulum & altare non recedimus extra tempus thymiamatis,
 quando scilicet sanguis aspergitur in adyto, sed quando thymia-
 ma infertur in sanctum, quod singulis diebus bis manè ve-
 sperique incendebatur, Exod. XXX. 7. Maimon in Temi-
 midin Umufaphin Cap. III. §. III. הקטורת שמקטירין
 בהיכל בכל יום פורשין כל העם מן ההיכל ומבין
 האולם ולמזבח לא יהיה שם אדם עד שיצא זה
 שהקטיר הקטורת וכן בשעה שיכנס ברם חמאות הנעשות
 בפנים פורשים הכל מבין האולם ולמזבח עד שיצא שנאמר
 וכל אדם לא יהיה באוהל מועד בכואו לכפר בקודש
 ונו בנין אב לכל כפרה שבקודש שלח יהיה שם
 quando sacerdotes thymiamata adolebant in Templo, u-
 niversus ab eo recedebat populus singulis diebus; & nemo inter

vestibulum ac altare stare poterat, donec sacerdos qui thymia-
ma adolebat templò exivisset. Sic quoque sacerdote, cum san-
guine sacrificiorum pro peccatò, quorum sanguis in templo asper-
gebatur, ingrediente, omnes recedebant à spatiò inter vestibulum
& altare, donec is, qui sanguinem in templum inferebat,
egressus esset, quia dicitur: nullus homo erit in tabernaculo con-
ventus, dum ingreditur ipse, ad expiandum in sanctò, donec
egrediatur ipse. Præceptum generale hac verba continent, om-
nem expiationem in sanctò ita peragendam, ut nemo illi præ-
sens adsit. Vid. Keseph Mischne ad h. l. Et Maim. in Abodas
Jom Hakkippurim Cap. IV. §. II.

§. XI. Neque licentiam sedendi in Templò habebant
viri illi, qui sacrificiis publicis tum ordinariis tum extraor-
dinariis, pro totà congregatione offerendis, nomine totius
cætus Israëlitici intererant, stationesque suas per vices in
Templo cum Sacerdotibus & Levitis observabant, ut ut
לְיִשְׂרָאֵל כָּל יְשֻׁבְתֵי הָאָרֶץ legati totius essent populi Israëlitici, uni-
versamque tum repræsentarent Ecclesiam. Inde אנשי מעמד
Viri stationis dicti, quod sacris publicis alternatim adstarent.
Describit eos Maimon in Kele Hammikdasch Cap. VI. §. I.
אי אפשר שיהיה קרבנו של אדם קרב והוא אינו עומד
על גביו וקרבנות הציבור הן קרבן של כל ישראל
ואי אפשר שיהיה ישראל כולן עומדין בעזרה בשעת
קרבן לפיכך תקנו נביאים הראשונים שיבררו מישראל
כשרים ויראי חטאת ויהיו שלוחי כל ישראל לעמוד על
הקרבנות והם הנקראים אנשי מעמד וחלקו אותם ארבעה
ועשרים מעמדות כמניין משמרות כהונה ולוייה ועל
כל מעמד ומעמד אחד מהן ממונה על כולם והוא נקרא
impossibile est ut sacrificium cuiusdam offeratur,
& ille ei non assistat. Jam autem sacrificia cætus publici, exant
sacrificia omnium Israëlitarum, & fieri non poterat, ut omnes
Israëlitæ tempore oblationis in atriò starent; propterea Propheta
priors

priores (David & Samuel) *ordinarunt, ut ex cœtu Israëliticò se-
ligerent viros idoneos, peccatum abominantes, qui legati essent
omnium Israëlitarum, sacrificiisque adstarent. Et hi viri statio-
nis vocantur. Viginti has quatuor stationes secundùm nume-
rum vigiliarum Sacerdotum ac Levitarum divisērunt. Qua-
libet earum unum habebat præfectum, qui omnibus imperans ca-
put stationis appellabatur. Pariter & Obadias de Bartenora,
ad Cap. IV. Mass. Taanis Misch. II. fol. m. CXLXIII. Col. II.
in fine: על כהן משמר ומשמר הויה מעמר מקצרת שבטי
ישראל חלוקים לעשרים וארבע חלקים שלוחים מכהן
ישראל לעמוד על קרבן עם כהנים והלויים שבאותו משמר:
qualibet vigilia Sacerdotum & Levitarum habebat stationem,
partem quandam tribuum Israël, qua in quatuor & viginti divi-
debantur partes. Mittebantur ista ex universo populò Israëli-
ticò, ut cum sacerdotibus & Levitis istius vigiliae oblationi adstarent:
Conf. Gemara Babylon. Cap. IV. Mass. Taanis, ad illa verba:
hae sunt stationes, &c. fol. m. XXVII. Col. I. שרשי ad eundem
locum fol. m. XXVI. Col. I. Et ad Cap. XXVIII. v. 2. Num.
Siphri ad loc. cit: pag. m. XXIV. Col. IV. in medio. Bechai
ad eund. loc. fol. m. 193. Col. IV. ante medium. סמך Præ-
cept. affirm. 172. fol. m. 211. Col. IV. in medio. Schilte
Haggibborim Cap. XXXVII. fol. m. 33. Col. I. Ligtfoot de
Minist. Templi, Cap. VII. Sect. III. fol. m. 700.*

§. XII. Obstare his videntur sequentia N. T. loca: &
*factum est post dies tres invenerunt Jesum, ἐν τῷ ἱερῷ καθέζο-
µνον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, in Templo sedentem, in medio docto-
rum, Luc. II. 46. καὶ ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθέζοµην διδάσκων
ἐν τῷ ἱερῷ, quotidie apud vos sedebam docens in Templo, Matth.
XXVI. 55. καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου, &
cum sedisset Jesus contra Gazophylacium, Marc. XII. 41. Ga-
zophylacium autem erat in Templo, Joh. Cap. VIII. 20. dilu-*

culo adfuit JESUS rursus in Templò, & universus populus venit ad eum, καὶ καθίςτος ἐδίδασκεν αὐτούς, & sedens docebat eos, Joh. VIII. 2. Et invenit in Templò eos, qui vendebant boves & oves, & columbas, & nummularios καθήμενους sedentes, Joh. II. 14. Quis verò Salvator noster, collybitæ caterique venum exponentes pecora & columbas ad sacrificia, ausi fuissent potestatem sedendi sibi in templo arrogare, si ea tum apud populum judaicum non obtinuisset? Respondemus (1) in genere, adducta scripturæ testimonia nobis nullò modo adversari. Ex iis hoc tantum concluditur, alicubi in templo populum sedere potuisse, quod non negamus; nos autem hic loquimur de tempore cultûs divini publici, quò nemini ex universò populo in atrio Templi sedere licuit; quæ propositiones contradictionem nullam involuunt, cum non detur in iis *unum idemque subjectum & predicatum secundum idem, & eòdem tempore*, quæ ad veram aliàs requiruntur contradictionem, I. de Flench. Sophist. Cap. IV. al. 5. (2) in specie, vocabulum templi esse πολίσσιμον. Strictè per Templum tum in sacrò codice, tum in scriptis Rabbiorum, Sanctum Sanctorum, Sanctum ac vestibulum murò interiori, qui murus atrii vocabatur, & altare holocausti cum colle, per quem ad altare ascendebatur, & labrum basi fultum, ex quò sacerdotes operaturi manus pedesque consecrabant, continebat, circumdatum designatur. Diu hoc ante nos observavit Maimon in Bes Habbechira Cap. I. §. V. ואלו הן הדברים שהן עיקר בבנין הכיור עושין בו קדש וקדש הקדשים ויהיה לפני הקדש מקום אחד והוא הנקרא אולם ושלשתן נקראין הכול ועושין מחיצה אחרת סביב להיכר החוקרה ממנו כעין קלעי החצר שהיו במדבר וכל המוקף במחיצה זו שהוא כעין חצר אהל סוער הוא הנקרא עזרה

:מקדש נקרא והכר אורח *hac necessario ad structuram Templi requiruntur: erigunt in eò sanctum & sanctum sanctorum; ante Sanctum locum quendam, quod vestibulum vocatur, collocant, & tria hac Templum appellantur. Ducunt murum alium circa templum, tantò ab eò distantem spatiò, quantò cortina atrii in desertò à tentoriò conventûs remota erant. Quicquid murò hoc, atrium tentorii conventûs representante, cingitur, atrium nominatur. Et tota hac structura sanctuarium audit.* Hisce in partibus templi strictè sic dicti nefas erat populo sedere, ut paulò ante dictum.

§. XIII. Latè ædificia murò exteriori septa, atrioque interiori, de quò modò locuti sumus propinqua, templi nomine in scripturis veniunt. Ut Matth. XXI. 12. καὶ ὁ Ἰησοῦς εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἱερόν τὰ θεῶν, καὶ ἐξέβαλε πάντας τὰς πωλῆνζας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τῶν κολλυβιστῶν τραπέζας κατέσρψε, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλῆντων τὰς ᾠσερῆς, & *JESUS introivit in Templum DEI, & ejecit omnes vendentes & ementes in Templo, & nummulariorum mensas subvertit, & cathedras vendentium columbas.* Conf. Marc. XI. 15. 16. Luc. XIX. 45. Joh. II. 14. Tabernæ vendentium, in quibus de die in diem, boves, agni, hirci, oleum, sal, vinum aliaque ad sacrificia necessaria vendebantur, ac quadraginta annis ante excidium urbis Synedrium magnum congregabatur, posteaquam conclave lapideum dereliquisset, prope portam Orientalem exteriori in montis Templi, in spatiosò locò a rii gentium existebant. En Mischpat ad Caput I. Gem. Babyl. Mass. Avoda Sarah fol. m. 8. Col. II. ante finem: חנורת הרהר *taberna fuit in monte templi.* Et ad Caput IV. Mass. Rosch Haschana fol. m. 31. Col. I. ante finem: חנויות *tabernas faciebant sibi in monte Domûs, in quibus habitabant.* Et Baal Aruch fol. m.

64. Col. 2. ante finem: מקום היתה בהר הבית ושמו
 :מקום היתה *fuit locus in monte templi, dictus taberna.* Eadem
 significatio templi obtinet Joh. VIII. 20. ubi Evangelista: *ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, διδάσκων
 ἐν τῷ ἱερῷ, hac verba locutus est Jesus in Gazophylaciō, docens
 in templo, vel ut Æthiopica habet versio, apud arcam Eleemosynæ.* Situm Gazophylacii discimus ex Josephi lib. VI. de
 Bello Jud. Cap. XIV. al. VI. fol. m. 916. ante finem: qui de
 atriō mulierum agens ita loquitur: αἴτια ἢ μεταξὺ τῶν πυλῶν
 ἀπὸ τῶν πύλων, ἔνδον ἑξαμυρία πρὸς τῶν γαζοφυλακίων, σφόδρα
 καλῶς καὶ μεγάλῳσι αἰετοῦ κίον, porticus quæ erant inter
 portas (atrii mulierum) *juxta longitudinem muri, introrsum
 conversa ad Gazophylacia, sustinebantur pulcherrimis & maxi-
 mis columnis.* Duo hic tradit Author: (1) Gazophylacia
 fuisse ante porticus atrii mulierum. Atrium mulierum verò
 exstructum erat ante atrium interius versùs orientem; ex hoc
 atriō, ad atrium Israelitarum, quod quindecim gradibus atriō
 mulierum altius existebat, ascendebant, vide Maimon in
 Bes Habbe: Cap. V. §. VII. & Cap. VI. §. 2. (2) plus quàm
 unicum fuisse in atriō mulierum Gazophylacium. Trede-
 cim ibi existebant cistæ nummis colligendis destinatæ, à
 Judæis שופרות dictæ, quod propriè significat *tubas*, quòd
 instar tubarum latæ essent in fundo, & in parte superiori ar-
 etiores, sic ut pecunia facilè in eas immitti posset, diffici-
 lius verò educi, vide Maimon ad Cap. VI. Misch I. Mass.
 Schekalim. Et Mischnam V. hujus capituli, ubi de Gazo-
 phylaciis templi notatu digna leguntur. Jam in locis tem-
 pli latè accepti quilibet pro lubitu sedendi habebat facul-
 tatem; præprimis in monte ædis, qui undique instructus
 erat scamnis. Quamvis enim ista loca sanctiora essent Hie-
 rosolymis, respectu tamen Templi strictè sic dicti, profana
 Judæis

Judæis erant. Maimon in Bes Habb. Cap. V. §. I. הר הבית והונה הר המוריה היה חמש מאות אמה על חמש מאות אמה והיה מוקף חומה וכיפץ על גבי כיפץ היו בנויות מתחתיו מפני אהל הטומאה וכולו היה: *mons Templi, qui mons est Moria, quingentorum cubitorum spatium in latitudine & longitudine habebat, & murò cingebatur. Fornices fornicibus impositi erant sub eò, propter tentorium pollutionis. Totus mons repletus erat scamnis, quorum alterum alterò interius erat.* Et ad Caput VII. Misch. I. Mass. Joma fol. m. 90. Col. IV.

והקריאה היתה בעזרת הנשים שמות לארם לישב: *lectio peragebatur in atrio mulierum, ubi homini licitum erat sedere.* Gemara Babylon. Mass. Pefachim, fol. m 13. Col. II. in princ. הר הבית סיטיו כפול היה ר' יהודה אומר איסטוונרת היתה נקראת סיטיו לפניו מסיטיו: *in monte Domûs duo erant ordines scamnorum. R. Jehuda dixit: scamnum appellatur סיטיו & aliud aliò interius erat.* רש"י עזרת ad Cap. VII. Mass. Sota fol. m. 40. Col. II. in fine. נשים היתה חול כשאר הר הבית שלא נתקדש אלא מן החומה ולפנים ואפילו חלל שער ניקנור העולה *atrium mulierum profanum erat uti loca cetera montis domûs. Mons iste sanctus non existebat, nisi à murò atrii locisque intrinsecis. Profana quoque erat porta Nicanoris. Qui ex atrio mulierum in atrium Israëlitarum scandebat, non erat sanctificatus.*

§ XIV. Et hóc sensu vox Templi accipienda in locis N. T. nobis objectis; sicut mens sit Evangelistarum, Redemptorem nostrum in locis templi latè accepti sedisse, publicè docuisse, ibique ex ordine populi quosdam sedisse. Videantur Chemnitii Harmonia Evangelist. &

D

Licht-

Lichtfooti Horæ Hebraicæ in Cap. II. 46. Lucae. Quò
 verò in locò Dominus refederit, accuratè determinare non
 possumus. Probabile est cum in Porticu Salomonis, aut
 aliis in locis ad docendum destinatis, publicè docendi mu-
 nere functum, ibique duodennem inter doctores in subselliis
 discipulorum sedisse. De porticu Salomonis res manifesta
 est, quod Dominus in eâ cum Judæis disputaverit, Joh. X.
 23. & seq. In eâ egregiam quoque Petrus ad populum habuit
 concionem, Act. III. 11. Et Cap. V. 12. congregatos unani-
 miter in eâ legimus Apostolos. Quem locum fortè præ
 cæteris elegerant, quia Redemptor noster in eò assuetus erat
 docere. Porticus ista sita erat in monte Templi, ad murum
 Templi extimum versus orientem, ἀνατολική σοὰ, *porticus
 orientalis* inde dicta Josepho lib. XX. Antiq. Jud. Cap. VIII.
 al. XVII. fol. m. 699. ante finem. Hebræis si credimus *qua-
 dringenta & sexaginta*, vel ut aliis placet, *octoginta Hieroso-
 lymis erant Synagoga; harum qualibet domum libri & domum,
 doctrinae habuit; בית ספר למקרא ובית תלמוד למשנה;*
domum libri pro scripturâ, id est, ubi legeretur scriptura;
& domum doctrinae pro lege orali, ubi docerentur traditiones,
 Mass. Cetubos Talmud. Hierosolym. fol. m. XXXV. Col.
 III. Et Megilla fol. LXXIII. Col. IV. Credibile proinde appa-
 ret, nec Templum Synagogis ac Collegiis publicis, in qui-
 bus Assessores Synedrii Magni cæterique doctores, publicè
 discipulis ad pedes eorum sedentibus, Act. XXII. 3. præle-
 gebant, caruisse. Difertè Maimon in Sanhedrin Cap. III.
 §. I. docet synedrium *M. diebus sabbathinis item festivis se-
 disse; בבית המדרש שבהר הבית in auditoriò, quod erat
 in monte Templi.* In Gemara Babylon. Mass. Sanhedrin, fol.
 m. 88. Col. II. in medio, pro *בית המדרש auditoriò ha-
 betur*

betur בחור in antemurali, quod interprete Baal Aruch
 erat : מקום מוקף חומה בין הר הבית לעזרת הנשים :
locus circumdatus muro, inter montem domus & atrium mulie-
rum, fol. m. 60. Col. II. Et רשי ad Cap. VII. Misch. I. Mass.
Joma, fol. m. 68. Col. II. scribit: בירת הכנסת היא סמוך
: Synagoga proxima erat atrio in mon-
te domus. Eadem verba רשי notavit Jom Tob in suis observa-
tionibus, ad loc. cit. Joma fol. m. 104. Col. II. Arias Montanus
in Ariel sive de Templi fabricâ, Tom. VIII. Bibl. Critic. Angl.
fol. m. 629. de Templo secundo inter alia hunc in modum
differit: in portâ etiam orientali locus fuisse commemoratur, in
quò summi legis magistri & Interpretes docebant, atque unus ex
illis præcipuus Gamaliel. Mischna de עירלה Cap. 2. parte 13.
Et pag. 628. ante finem: Templi cellas, quas exedras diximus,
non sacerdotibus tantùm sed scribis etiam legis Interpretibus ad
usum fuisse destinatas, ex Jeremie lectione docemur, S. S. e. Je-
rem. XXXVI. legitque Baruch ex volumine sermones Jeremie
in domo Domini, in Gazophylacio Gamarie filii Saphan scriba in
vestibulò superiori, in introitu portæ novæ domus Domini. De-
lineationem denique templi exhibens, ad portam orienta-
lem exteriorem montis templi à dextris ac sinistris colle-
gium legis peritorum scribarumque ponit. Si conjectura
facienda Dominus fortè his in locis Templi docuit, præpri-
mis cùm historia N. T. testetur, Dominum frequenter syna-
gogas visitasse, inque iis, more Judæorum consvetò, do-
cuisse; quæ ex eò capite non tantùm προσευχῶν domus preca-
tionum, verùm etiam διδασκαλεῖα Schola, & ἱεραὶ Tempia Jo-
sepho ac Philoni audiunt. Vid. lib. VII. de Bello Jud. Cap. XXI.
fol. m. 973. De Legatione ad Cajum, fol. m. 785. & 801. & Libr.
III. de vitâ Mosis, fol. m. 530. Firma proinde manet assertio

nostra, universum populum, in atriò templi interiori sacra publica stando celebrasse.

§. XV. De solis Regibus sub iudice lis est num steterint. Quidam solis Regibus de stirpe David in atriò Israëlitarum facultatem sedendi datam tuentur, quia II. Sam. VII. 18. de Davide dicitur: *וַיֵּשֶׁב לְפָנָי ה'* & *sedit coram Domino*. Ita Vulgatus Latinus, LXX. Interp. Targum Jonathan, Syrus, Arabs. Gemara Babyl. Mass. Joma Cap. IV. fol. m. 69. Col. II. in princ. אין ישיבה בעזרה אלנה למלכי בית דוד *non conceditur sessio in atriò Templi nisi Regibus de domo Davidis tantum, quia dicitur: & ingressus est Rex David, & sedit coram Domino*. Ad quæ רשי commentatur: אין ישיבה בעזרה רכתיב לעמוד לשרת העומדים שם לפני הולנה מצינו בה ישיבה &c. *non est sessio in atriò quia scriptum est: ut stet ac ministret. Stantes ibi coram Domino. Neque invenimus in atriò sedere quenquam potuisse, præter Reges de domo Davidis*. Maimon in Melachim Cap. II. §. IV. ואם נכנס לעזרה והורה מזרע דוד ישב שאין ישיבה בעזרה אלנה למלכי בית דוד שנאמר: *Rex atrium ingressus, si ex prosapia Davidis sit, sessum capit, quia sessio in Atriò non est nisi Regibus de domo David, prout dicitur, & ingressus est Rex David, & sedit &c.* Idem repetit in Bes Habbech. Cap. VII. §. VI. Plura qui desiderat testimonia evolvat Gem. Babyl. Mass. Sota, fol. m. 40. Col. II. in fine & 41. Col. II. in princ. סגן Præcept. Affirm. CXV. fol. m. 191. Col. IV. in fine ferè. Midrasch Tillim in Ps. I. in princ. רשי & רוק ad I. Reg. Cap. XII. 27. Hoc Jerobeam maximum creasse metum censent Talmudistæ, eumque ita apud se loquentem introducunt in Gemara Babyl. Cap. XI. Mass.

San-

Sanhedrin, fol. m. 101. Col. II. in fine. גמירי דאין ישיבה בעזרה אלא למלכי בית יהודה בלבר כיון רחזו ליה לרחבעם דיתוב ואנת קאימנת סברו הנת מלכנת והנת עברא ואי יתכנת מורד במלכות הוא וקטלין ליה: *per traditionem acceperunt sessionem in atrio non esse licitam, nisi Regibus de domo Juda tantum. Proinde si viderint Rehabeam sedentem, me autem stantem, inde colligent: hic est Rex, & iste servus. Quod si sedero dicent: hic rebellem se regno exhibet, & me è mediò sublatò Rehabeam sequentur.* Hâc de causâ synedrium magnum in conclavi Haggasit, in atrio Israëlitarum exstructò, conveniens, non sedebat in conclavis parte sanctâ intra atrium Templi, sed in profanâ, Joma fol. m. XXV. Col. I. in medio: ratio ibidem additur: אין ישיבה בעזרה אלא למלכי בית דוד בלבר: *non conceditur sessio in atrio templi, nisi Regibus de domo David tantum.* Maimon in Bes Habbechira Cap. V. §. XVII. לשכת הגזירת שבה סנהדרין גדולה יושבת וחצייה היה קדש וחצייה היה חול ולה שני פתחים אחר לקדש ואחר לחול *conclavis lapidei, in quò synedrium magnum sedebat, dimidia pars sancta, & dimidia profana erat. Duas hoc conclave habebat portas: alteram in sanctò, alteram in profanò. Synedrium magnum in dimidiâ parte profanâ sedebat.* Et Cap. VII. §. VI. postquam dixisset, *in atrio templi sedere concessum esse nemini, præter Reges de domo David tantum,* addit: והסנהדרין שהיו יושבין בלשכת הגזירת לנת יושבין אלת בחצייה של חול: *Senatus verò magnus in conclavi lapideò confidens, tantum in dimidiâ ejus parte profanâ confidibat.* Obadiah de Bartanora ad Cap. V. Mass. Middos, Misch. IV. verba illa: *Synedrium magnum populi Israëlitici in conclavi lapideò sedebat,* ita commentatur, fol. m. 157. Col. I. in princ. כצד החול

שבה לפי שלשכרת הגזית היתה חצייה בקרש וחצייה בחול
ובחצייה של קרש לנה היה אפש' לסנהדרין לשבת שאין
: sensus perspicuus est, ut versionem subjicere super vacuum putem.

§. XVI. Privilegium hoc Regum alii in dubium vo-
cant, & hi nostrô quidem judiciô (pace tamen eorum,
qui contrarium defendunt) rectius sentire videntur, cum
nuspiam in historiâ V. T. sedisse, sed coram Domino in
atrio templi stetisse duntaxat dicantur. Ut II. Reg. XI. 14.
Et vidit (Athalia) & ecce המלך עומד על העמוד כמשפט
Rex stabat, ad columnam, vel ut alii volunt, super columnam,
ut moris erat. Duo hic notanda veniunt: (1) quod Rex
non sederit in Templo sed *steterit*. (2) quod *steterit* כמשפט
more consuetô cæterorum Regum, qui non sedebant sed sta-
bant. Emphasin hujus vocis observarunt, Vulgatus Inter-
pres: *Vidit Regem stantem super tribunal NB. juxta morem.*
Targum Jonathan: *והא מלכא קאם על אסטוונא כהלכתא:*
& ecce Rex stabat juxta columnam secundum consuetudi-
nem. Syrus: *& vidit Regem stantem super columnam,*
: secundum consuetudinem Regum.
Arabs: *Videns Regem stantem: אלמולוך: כשבה* more Regum.
Lutherus: *Der König stand an der Seulen / wie es Gewohn-*
heit war. Castalio: *& Regem conspicata in pulpito, sicuti*
mos erat, stantem. Junius ac Tremellius: *Rex stabat in co-*
lumnâ suâ, pro more. Belgæ: *De Koninck stondt by den Pilaer,*
na de wyse. Et in notis: *dat is, na de maniere van doen; ofte,*
ghelyck de Koninck ghewoone was, aen die Columne te staen, als
hy in den Tempel quam, om Godt te dienen, &c. רשי ad hunc
locum: *עמוד הוה מעמוד המוך בבית ה':*
columna designatur statio regia in domo Domini. רלכג *stantem*
על

השער: Vulgatus Latinus, & *stabit in limine porta*. LXX. Interp. καὶ σήσεται ἐπὶ τῷ πύργῳ τῆς πόλεως, & *stabit super vestibula porta*. Arabs: : ויקף עליו דהאליר אלכאב: & *stabit in vestibulis porta*. Lutherus: der Fürst soll bey den Pfosten am Thor stehen bleiben. Belgæ: Ende de Vorst sal staen aen de post van de Poorte.

§. XVII. Contrarium locus paulò ante ex II. Sam. VII. 18. adductus, & *ingressus est Rex David*, וישב לפני יהוה: & *sedit coram Domino*, non evincit; quia verbum שב in scripturis, non tantùm sedendi verùm etiam manendi significatu sæpe gaudet. Ut Gen. XXIV. 55. : עשור: LXX. μενάτω ἢ παρθένη μεθ' ἡμῶν ἡμέρας ὡσεὶ δέκα. Vulgatus Interpres: *maneat puella*, &c. ita quoque Targum Onkelos, Syrus, Arabs, & Versio Samaritana. Gen. XLIV. 33. & *nunc* ישב נא: Vulgatus latinus, *manebo itaque servus tuus*, &c. LXX. Interp. νῦν ἔν παρθεμένῳ σοι &c. ita Targum Onkelos, Syrus, Versio Samarit. Num. XX. 1. *Et venerunt filii Israël, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primò,* וישבו בקדש העם: Vulgatus latinus: & *mansit populus in Cades*. LXX. Interp. καὶ κατέμεινεν ὁ λαὸς ἐν κάδης, sic Targum Onkelos, Syrus, Arabs, Versio Samarit. Et Cap. XXII. 8. : וישבו שם שלשת ימים: Vulgatus Interpres: *manentibus illis apud Balaam*. LXX. καὶ κατέμειναν οἱ ἄρχοντες μωᾶδ παρὰ βαλαάμ. Ita quoque Syrus, Arabs, Versio Samarit, Targum Onkelos. Jos. II. 22. וישבו שם שלשת ימים: Vulgatus latinus: & *manserunt ibi tres dies*. Et alibi passim. Ita si locum, qui nobis objicitur, interpretemur, sensus verborum hic erit: *Regem coram Domino mansisse in precibus, ac gratiarum actione substitisse*. Nec probabile videtur, Davidem per

per Nathan Prophetam, de insignibus beneficiis semini eius promissis, certiozem factum, preces immediatè in textu subjectas, coram arcâ Fœderis, quam paulò ante splendidò cum comitatu totius populi, II. Sam. VI. & I. Chron. XIV. in Tabernaculum deduxerat; quæque symbolum infallibile certæ ac efficacis Dei præsentiaæ erat, Exod. XXV. 22. II. Sam. VI. 2. fuisse sedentem. Benè proinde Beat. Lutherus: *David der König blieb für dem Herrn.* Iunius ac Tremellius: *Rex David restitit coram Jehova.* Versio Germanica Judæor. Germanor. *der König David bleivet bey Gott.* Belgæ. *de Coninck David eende bleef voor het Aengesichte des Heerren.* Versio Gallica: *Alors le roy David entra & se tint devant l' Eternel.* Lucas Osiander in Notis ad h. l. Tomo I. fol. m. 486. *ingressus est autem Rex David in tabernaculum Domini, ut gratias ageret DEO pro tantis beneficiis promissis; & sedit, rectius: mansit (subaudi, aliquandiu ibi) coram Domino, cujus presentiam arca fœderis testabatur. Mansit autem ibi, &c.* Gemara Hierosolymit. Mass. Sota parte II. fol. m. 22. Col. I.

תני ר' חיייה לנ התה ישיבה בעזרה אלה למלכות
 ברת דוד בלבר ואמר ר' אמי בשם ר' שמעון בן לקיש
 אף למלכי ברת דוד לנ התה ישיבה בעזרה תיפתר
 שסמך לו בכותר וישב לו והנ כתוב ויבנת המלך
 דוד וישב לפני ה' אמר ר' איבו בר בניי וישב עצמו
 לתפלה: R. Chaja docet, non contingit sessio in atrio templi,
 nisi duntaxat regno de domo David. Dixit R. Ammi nomine
 R. Schimeonis filii Lakisch, Regibus quoque domus Davidica de-
 negatur sessio in atrio templi. Interpretatio vel sensus est: re-
 gem parieti Templi innixum sedere. Sed nonne scriptum est? &
 ingressus est Rex David, & sedit coram Domino; Dixit R. Aibo

E

filius

filius Bigri, Rex à se ipso mansit coram Domino orandi causa. Quæ totidem verbis repetuntur in Talmudis Hierolym. tractatu Pesachim Parte I. fol. m. XXXII. Col. IV. & Joma eadem parte fol. m. XL. Col. II. In Tosephos ad Gemar. Babyl. Capitis VII. Mass. Sota, fol. m. XL. Col. II. ante finem. Abarbanel ad II. Sam. VII. 18. fol. m. CXLIX. Col. I. in medio: הלך לפני ארון האלקים לתרת שבח והודאה: על הרבר ולבקש על זרעו הדברים הצריכים לזה וזה וישב לפני ה' רל שישב בתפילה ותחנונים וחזר סמכו במדרש תהלים מכאן שאין ישיבה בעזרה אלא למלכי בית דוד בלבד ומהם אמרו ואלה כן אר הונא בשם ר' ישמעאל שאף להם אין ישיבה שם שהרי אין למעלה ישיבה שנאמר שרפים עומדים ממעל לו וגו' וכתוב וכל צבא השמים עומדים עליו וגו' וכתוב בין העומדים האלה ואם למעלה אין ישיבה דוד היאך היה יושב אלה רל וישב דוד לפני השם שסמך עצמו בעזרה ומהם אמרו: *recepit se Rex ad arcam Domini, ut laude ac gratiarum actione DEum, propter promissiones datas, celebraret, seminique suo ea, quæ illi ad hoc essent necessaria, impetraret. Et hoc est quod dicitur: & mansit coram Domino, sensus est, quod permanserit in precibus & deprecationibus. Sapientes nostri f. m. ex hoc loco in Midrasch Tehillim probant, tantum Regibus de domo David in atrio Templi licuisse sedere. Alii verò ex eorum ordine hæc veritati consona esse negant. R. Huna nomine R. Ismaël dicit, nec Regibus de Domo David fas fuisse isto in loco sedere; quia cælestibus non conceditur sessio, prout dicitur: Seraphim stabant desuper, &c. Esa. VI. 2. scriptum quoque: & omnis exercitus cælorum stabant apud ipsum, &c. I. Reg. XXII. 19. Scriptum deniq;*

denique: inter stantes hos, Zach. III. 6. Si igitur superioribus non conceditur sessio, David quomodo sedere potuit? Quod verò dicitur: *וישב* David coram Domino, id ita intelligunt, quod Rex se applicaverit ad parietem atrii. Quidam ex illis dicunt, eum mansisse in precibus. *רַק* ad Cap. I. vers. 9. lib. I. Sam. postquam dixisset, secundum mentem quorundam sapientum, nec Regibus de domo David in atrio Templi sedere licuisse, hæc addit: *אברא ויכנת דוד וישב לפני ה' פירשוהו* *עצמול תפילה*: ita, explicant, quod spontè suâ coram Domino manserit ad preces. Conf. Jalkut R. Schimeonis Parte II. Num. LXXVIII. Col. IV. ante finem. Midrasch. Tillim. in Ps. I. in princ.

§. XVIII. Neque majoris momenti est, quod dissentientes ex Mass. Sota Cap. VII. Misch. VIII. objiciunt, Regem octavo quovis annò, die primâ festi Tabernaculorum, in atrio Templi sedentem, ex libro legis populo publicè prælegisse. Verba Talmudis hæc sunt: *פרשת המלך כיצד מוצאי יום טוב הראשון של חג השמינית במוצאי שביעית עושין לו בימה של עץ בעזרה והוא יושב עליה שנאמר מקץ שבע שנים במועד וגומר חזן הכנסת נוטל סל ונותנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן לכהן גדול וכהן גדול נותנו למלך והמלך עומד ומקבל: וקורא יושב:* quæ Wagenseilius summus hujus seculi Philologus, ita latinitate donavit fol. m. 678. *sectio à Rege prælegenda quibus ritibus recitata est? Transactâ festivitatis Tabernaculorum primâ die, completò jam septimò annò (Heptaeteridos) & octavo ineunte, parabant Regi suggestum ligneum, in atrio, huic insidebat, Q. S. e. Deut. XXXI. 10. à fine septem annorum, statò tempore &c. Tum Aedituus sumptò librò legis, tradidit eum primario cœtus; hic porrigebat eum Antistiti; Anti-*

*stes summo sacerdoti; summus sacerdos denique exhibebat ipsum Regi. Rex autem stans eum accipiebat, verum praelegens cōsedit. Paucis ut nos expediamus, respondemus Regem sedisse, non in atriō Israēlitarum, multò minus in atriō sacerdotum, sed in atriō mulierum, quod vocatur novum atrium, II. Paral. XX. 5. atrium exterius, Fzech. XLVI. 21. Gazophylacium, Joh. VIII. 20. A Judæis plerumque עזרת נשים atrium mulierum dictum, quia ulterius quàm fuit hoc atrium, mulieribus oraturis accedere non licebat, docente Josepho lib. XV. Antiq. Judaic. Cap. XIV. & lib. V. de Bellō Jud. Cap. XIV. Adducentes autem victimas in atriō Israēlitarum stare poterant. Testes solutionis nostræ laudamus R. Chasdam, qui in Gemarâ Babyl. ad l. cit. Talm. Mass. Sota, fol. m. XLI. Col. I. ante medium ita loquitur: בעזרת נשים הכנין
 quemadmodum reges de Domo David aliàs sedent in atriō mulierum: sic hîc quoque (tempore Festi Tabernaculorum, populo legem publicè prælegentes) in atriō mulierum sedent. Maimonidem qui in Chagiga Cap. III. §. IV. scribit: ומביאין בימיה גדולה ושל עץ היתה ומעמדין אותה בהאמצע עזרת נשים והמלך עולה ויושב עליו: adducunt suggestum magnū ligneum, istum in mediō atrii mulierum collocant, Rex eum conscendit, ac super eò sedet. Gemina his leguntur in סמך Præc. affirm. CCXXX. fol. m. 230. Col. II. in fin. ferè. רשי ad Cap. VII. Mass. Sota, fol. m. 40. Col. II. in fine: בעזרת נשים היו קורין בו: Reges populo prælegebant in atriō mulierum. Lightfootum denique, cujus in Descript. Templi Hierosolym. Cap. XVIII. tomo I. Oper. fol. m. 597. sequentia sunt: in hōc atriō (scil. atriō Mulierum) Pontifex maximus semel in annō, nempe Festō Expiationis, legebat sectionem aliquam legis. Rex verò semel intra septennium, Festō Tabernaculorum anni sabbathici, &c.*

In

In hōc atriō licitum erat sedere, prout paulō ante circa finem §. XIII. monuimus.

§. XIX. Dices, nonne Salomon ante fusas preces, cūm arca fœderis, Tabernaculum, quod Moses exstruxerat, vaseque sacra ad ministerium sacrificiorum DEI parata, in Templum transportarentur, in atriō Templi sedebat? teste Josepho lib. VIII. Antiq. Judaic. Cap. II. alias IV. fol. m. 263. in fine. Tradit quidem Josephus *Regem cūm nebula templum impleret sedisse*; sed quod in atriō Templi tūm, cūm sacerdotes circa translationem arcæ fœderis cæterorumque vasorum in sanctuarium occupati erant, sederit, id ipsi nunquam in mentem venit. Audiamus ipsum Authorem loquentem: *Postquam autem omnibus, quæ ad arcam attinebant ritè peractis, sacerdotes sanctuarium exiverunt, repente globus nebula, -- -- -- in Templum influxit; & primò sacerdotum visum ut vix se invicem cernerent, obscuravit, deinde in omnibus eam cogitationem excitavit, quod DEUS in Templum descendens, presens ac libens hoc domicilium sibi optaret. His talia volventibus animò, ὁ ἡ βασιλεὺς σαλομῶν ἐξεγερθεὶς, ἔτυχε γὰρ κατεζόμνον, ἐποίησεν λόγους πρὸς τὸν Θεόν, ἕκ.* Rex Salomon, qui tum fortè sedebat, assurrexit, verbis DEUM est allocutus, ἕκ. Sed quid ad hoc dicemus, quod Archelaus defunctō patre templum ingressus, in thronō aureō sederit, apud Joseph. lib. XVII. Antiquit. Judaic. Cap. X. aliàs XI. fol. m. 600. ante finem. Hoc non de thronō regio in Templi atriō, sed de thronō aureo cui egressus templō insedit, accipiendum. Refert ibidem Josephus quòd in aureo thronō sedens, summâ cum lenitate populo gratulanti responderit, gratias pro electione factâ egerit, seq; clementem futurum promiserit; quæ in atriō Templi gesta esse nemo affirmaverit, propter summam quam Judæi Sanctuario debebant reverentiam. Imò quod pal-

marium, novus Rex in suggestu sublimi recens erecto, cui thronus aureus innitebatur, apparebat. Ex quo denuo infertur, thronum hunc aureum, non fuisse thronum regium in atrio Templi. In majorem rei fidem apponemus verba ejus, quæ hujus sunt tenoris: *Archelaus autem per septem dies juxta patriam legem lectu parentis celebrato, -- -- in Templum ascendit, & quacunque transiret excipiebatur gratulationibus ac faustis acclamationibus.* Ο ἢ εἰς ὑψυλὸν βῆμα πεποιημένον ἀνελθὼν, καὶ ἰδρυθεὶς εἰς θρόνον χρυσεῖον πεποιημένον ἀνεδέξιστο τὰς ὁμίλους, &c. ipse vero conscenso suggestu sublimi, quem paraverant, in throno aureo residens, accipiebat latus gratulatrices voces favoris indices, & ipse vicissim omni comitate respondebat multitudini, agebatque grates quod obliti Patris sui duritie, nihilo deterius erga ipsum affecti essent, pollicebaturque parem pro eorum studiis gratiam &c.

§. XX. His feliciter expeditis, paucis causæ cultus divini stando peracti evolvendæ veniunt. Admonebantur (I) perseverantiæ in fide ac bonis operibus, cui soli Diabolus insidiatur, quam solam virtutum novit coronari, uti Bernhardus Epist. XXXII. loquitur. Phrasi scripturæ stare dicuntur, qui exoptato bonoque in statu vivunt. *Qui stat, videat ne cadat*, monet vas electionis, I. Cor. X. 12. Et Cap. XVI 13. *state in fide & viriliter agite. State in uno spiritu*, Philipp. I. 17. *State succincti lumbos vestros in veritate*, Ephes. VI. 14. Hæc & alia novi foederis arcana, Sancti Dei homines V. T. præprimis illi qui βεβαιώπεν τὸν προφητικὸν λόγον locuti sunt, ὑπὸ πνεύματι ἁγίῳ φερέμενοι, II. Pet. I. 21. per illuminationem divinam cognoscentes, stando sacra tractabant publica, per fidem in Messiam venturum certi, se apud Deum in gratiâ stare, dummodo in fide non fictâ cursuque bonorum operum perseverarent, secundum effatum Domini, *qui perseveraverit usque ad finem salvus erit*, Matth. X. 22. *Esto fidelis*

Etus est, cum videt; auris, cum audit; animal cum sentit, quemadmodum docet Aristoteles lib. V. de Gen. Anim. Cap. I. Lib. IX. Metaphys. Cap. VIII. Illâ carens cadaver exsanguie audit, & non nisi æquivocè & cum addito est id, cujus sustinet appellationem, prout hoc iterum inculcat Philosophus lib. IV. Meteor. Cap. ultimo, ita differens:

ἅπαντα δ' εἶναι ὡς ἐμὲ τῶ ἔργῳ. Τὰ μὲν γὰρ δυνάμει ποιεῖν τὸ αὐτῶν ἔργον, ἀληθῶς εἶναι ἕκαστα. Ὅτι οὐδὲ ὀφθαλμὸς εἰ εἶρα. Τὸ δὲ μὴ δυνάμει, ὁμωνύμως. Ὅτι οὐδὲ πεθνεῖς, ἢ ὁ λίθινος. ἔδὲ γὰρ πρῶτον ὁ ξύλινος, ἀλλ' ἢ ὡς ἡ εἰκὼν. ἔτω τοῖον καὶ σαξ,

omnia sunt determinata opere, omnia enim qua possunt facere suum opus, verè sunt; ut oculus si videt: quod autem non potest, æquivocè, ut mortuus aut lapideus, neque enim serra lignea, nisi ut imago. Sic igitur & caro &c. Quod repetit II. de Gen. Anim. Cap. I. Lib. I. de Part. Animal. Cap. I. Lib. VII. Metaphys. Cap. X. Lib. I. Polit. Cap. II. & alibi Passim. Id Ebraei tritò indicant in proverbio: כֹּוֹנֵן כֹּוֹנֵן בְּלֵיָּהּ כֹּוֹנֵן נִשְׁמָה: precatio sine devotione est sicut corpus sine anima. De attentione priscorum Ebraeorum in precibus Talmudistæ in Mass. Berachos Cap. V. Miich. I. ita loquuntur: אֵין עוֹמְדִין לְהַתְּפַלֵּל אֶלֶּהּ מִתּוֹךְ כּוֹבֵד רֵאשׁ הַסִּידוֹת הַרְאשׁוֹנִים הָיוּ שׁוֹהֵן שְׁעָה אַחֲרָה וּמִתְּפַלֵּין כְּרִי שִׁיכוֹנוֹ לְכֶם לְאַבְיָהֶם שְׁבַשְׁמִים אֶפִּילוֹ הַמֶּלֶךְ שׁוֹאֵר בְּשִׁלּוֹמוֹ לֵאלֹהֵינוּ וְאֶפִּילוֹ נִרְשָׁה כְּרוֹךְ עַל עַקְבוֹ לֵאלֹהֵינוּ וּפְסִיק: non assurgunt ad precandum nisi mente compositâ. Sancti prisci per hora spatium prius morati precabantur, ut cor devotum Patri suo cælesti offerrent. Si vel Rex quempiam salutasset, non resalutabat, & quamvis serpens calcaneo cujusdam circumvolutus fuisset, non abrumpebat. Verè aurea hanc in rem occurrunt apud Cyprianum Serin. de Orat. Domin. non multùm à principio, fol. m. 188. DEUS non vocis sed cordis auditor

auditor est. Et multis interjectis fol. m. 195. quando stamus ad orationem, vigilare & incumbere ad preces totò corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat, nec quidquam tunc animus, quàm id solùm cogitet, quod precatur. Ideò & sacerdos ante orationem prefatione premissâ, parat fratrum mentes dicendo; sursum corda: ut dum respondet plebs, habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud se quàm Dominum cogitare debere. -- -- -- -- Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipse non audias? Vis esse Deum memorem tui cum rogas; quando tu ipse memor tui non sis? &c. Et hòc in passu Judæi non tantùm Christianos verùm etiam Ethnicos consentientes sibi habent. Pythagoras apud Jamblichium Cap. XXIII. hortatur ὁδὴ παρέργον ἔτε εἰσιπίον εἰς ἱερόν, ἔτε προσκυνήτιον τὸ πρὸ γένων perfunctoriè neque in templum eundum est, neq; adorandum omninò. Et apud Porphyrium vitam ejus describentem præcipit: προσκυνεῖν ἢ μὴ ἐκ παρέργου τὰς θεάς, ἀλλ' ὄμνουν ἐπὶ τῷ ὠκυνηδὸς, Deos obiter non adorandos, nec nisi domò eò animò egressus accedas. Denique Hesiodus Deo sacra fieri vult καδδύναμιν, ἀγνώως καὶ καθαρῶως, pro virili, castè & purè. Lib. Oper. & Dier. vers. 334. 335. Eam ergò ob causam Judæi oraturi locò in sacrò stabant, scientes ipsam quoque attentionem ex standi actu maximè augeri; quod paulò post datâ occasione, præclarò illò & imitatione dignissimò Imperatoris Constantini M. exemplò illustrabimus.

§ XXII. Actus standi (IV) reverentiæ erga Deum erat documentum. Sicut in judiciis stare solent Actor, Reus, Client, Advocatus in signum honoris, quò judicem in tribunali sedentem prosequuntur: ita populus V. T. ut cum Sanctò illò Benedicto tempore cultûs publici reverenter ageret, aliter non poterat, quin Creatorem suum veneraturus surgeret, & coram יוסי קתי antiquò dierum religiosè
F stare.

staret. (V.) Quæ ardentibus in communi vitâ desiderantur votis, ut plurimum stando, propter prolixam temporis intercapedinem, quæ non exiguam expectantibus creat molestiam, expetuntur; quod suò conjux Tobia docet exemplò, quæ præsentiam filii sui dilecti ac unici, cum justò diutius emanisset, singulis diebus in viis publicis consistens, magnò cum ardore animi præstolabatur, Tob. X. 8. Longè majori desiderio Synagoga judaica *Mater Domini* וְ מַטְרָא Cant. III. XI. tot sancti Patriarchæ, Reges ac Prophetæ, Jesu Nazarenæni veri ac unici totius mundi promissi Salvatoris tenebantur. Nonne Jacobus in agone jacens exclamabat? לישועתך קויתי: *salutem tuam expecto Domine*, Genes. XLIX. 18. Quæ est illa Salus Dei? *Messias*, quem paulò ante v. 10. שִׁילֹה appellaverat. Per שִׁילֹה autem nullum alium quam Messiam intelligendum disertis docent verbis Targumistæ. Targum Onkelos: עד דייתי משיחא דדיליה היה מלכותא: *donec veniat Messias, cujus est regnum.* Targum Jonathan: עד זמן די ייתי מלכא משיחא זעיר בניי: *usque ad tempus, quò veniet Rex Messias minor filiorum ejus.* Targum Jeruschalmi: עד זמן דייתי מלכא משיחא דדידיה הוא מלכותא: *usque ad tempus quò veniet Rex Messias, cujus est regnum.* Gemara Babylonica Mas. Sanhedrin. fol. m. 98. Col. II. in medio: שִׁילֹה שמו שנאמ' עד כי יבנה שִׁילֹה: *Schiloh nomen Messie est, quia dicitur, donec veniat Schiloh.* Baal Haturim ad h. l. יבנה שִׁילֹה בגימטריא משיחא: *veniat Schiloh, per Gematriam est Messias;* id est, in numeris tantundem valet quod Messias. מלך המשיח שהמלוכה רשי ad eundem: *donec veniat Schiloh, id est Rex Messias, cujus est regnum.* Cum his conferri possunt רִדְק in libro Radicum in voce שִׁיר R. Bechai, R. Abarbanel, Breschis Rabba aliiq; ad h. loc. Dum itaque dixit Patriarcha *salutem tuam*, vel ut Targum Onkelos

Onkelos habet פורקנך *Redemptionem tuam expecto*, perinde est ac si dixisset: *Messiam Redemptorem tuum, quem protoplastis nostris te missurum promissisti, desidero, & præter hunc nullum alium.* Dixit Pater noster, sunt verba Targum Hierosolymitani, *Jacob, non redemptionem Gideonis filii Joas expectat anima mea, quæ est temporalis; neque redemptionem Samsonis, quæ est salus creata, sed redemptionem quam dixisti in verbò tuò venturam esse populo tuo filiis Israël, hanc redemptionem tuam expectat anima mea.* Vid. Targum Jonathan, quod paucis mutatis eadem repetit. Flagrans hoc desiderium videndi Messiam in carne sancti U. T. indicaturi stando cultui divino vacabant.

§. XXIII. Mos standi ad sacra publica (VI) tessera fuit fidei de futurâ Domini resurrectione; in cujus solennem memoriam Christiani primitivæ Ecclesiæ diebus dominicis & per totam Pentecosten, quinquaginta scilicet diebus à festo Paschatis usque ad festum Pentecostes in publicis precibus stabant, quem ritum mox expendemus. Quemadmodum enim sacrificia U. T. acerbissimam Salvatoris passionem ac mortem repræsentabant, *agnus namque mactatus est, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ab origine mundi, Apoc. XIII. 8.* sic sancti sub veteri fœdere sacrificiis adstantes, stando in memoriam sibi revocabant, Messiam, *per mortem destructò eò qui mortis habebat imperium, id est, Diabolo, Ebr. II. 14.* certò **באחרית הימים** in novissimis diebus resurrecturum, ac in æternum coram Patre coelesti ut Mediatorem nostrum staturum, I. Joh. II. 1. Rom. VIII. 34. Ebr. IX. 24. Prout etiam Stephano protomartyri à dextris Dei in cælo stans apparuit, Actor. VII. 55. 56. *pro potestate, inquit Maximus Taurinensis Hom. I. de Pentec. fol. m. 222. Regis sedere dicitur, pro bonitate intercessoris stare suggeritur.* -- -- -- *Judex*

ergò est Christus cum residet, Advocatus est cum assurgit. H. J. Notus ex libro vitæ manipulus est Josephi consurgens ac stans, quem manipuli fratrum circumstantes adorabant, Gen. XXXVII. 7. Manipulum Josephi stantem cultuque adorationis conspicuum, Sancti Patres typum esse censent Christi resurgentis, quem Angeli ac Archangeli, Principatus & potestates throni ac Dominationes totaque caterva Electorum, cultu religiosæ adorationis prosequuntur. Ambrosius lib. de Joseph, Cap. II. tomo I. Oper. fol. m. 371. somniavit, quod cum alligasset, ut sibi videbatur per visum, manipulos cum fratribus suis, surrexerit manipulus ejus & steterit erectus; conversi autem fratrum manipuli, adoraverint manipulum suum. In quò utique futura resurrectio Domini Jesu revelata est, quem & in Galilæâ cum vidissent undecim adoravere discipuli, & omnes sancti cum surrexerint adorabunt. Vid. August. Serm. LXXXI. de Tempore, tomo X. Oper. fol. m. 766. ante finem. Rhaban. Maur. lib. III. in Genesin, Cap. XXVI. tomo II. Oper. fol. m. 67. Bedæ Expositio in Genesin, tomo IV. Oper. fol. m. 71. Glossa Ordinaria & Interlinearis apud Lyram tomo I. Oper. & plures alii.

§. XXIV. Intentos denique (VII) in precibus tum publicis tum privatis, stando, ad Sanctum Sanctorum, ubi כַּפֹּרֶת ἱλαστήριον propitiatorium existebat, habebant oculos, ut consuetudine hæc adumbrarent suas nostrasque preces cœlesti Patri non nisi in Christo grata & accepta esse, $\text{ὅν προσέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι}$, quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in ipsius sanguine, Rom. III. 25,; quique $\text{ἱλασμός ἐστι πρὸς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν}$, propitiatio est pro peccatis nostris, I. Joh. II. 2. $\text{προσερχόμεθα ἐν μέλει παρρησίας τῷ Θεῷ τῆς χάριτος, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν ἑυρωμεν εἰς ἑυκαιεῖν βοήθειαν}$, adeamus ergò cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericor-

*sericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilium
 opportunum*, eleganter monet Author Epistolæ ad Ebræos,
 Cap. IV. 16. θεόν τῆς χάριτος sub U. T. erat super τῷ
 ἰλασθῆναι, Exod. XXV. 22. Et Cap. XXX. 6. 36. sub N. T. apud
 Christum est, qui factus est ἰλαστήριον, sine quò DEum preci-
 bus compellare non decet, dicente Domino: ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω
 ὑμῖν, ὅτι ὅσα αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν,
*Amen, amen, dico vobis, quaecunque petieritis Patrem in nomine
 meò, dabit vobis*, Johann. XVI. 23. Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν πορρήσιαν, καὶ
 τὴν προσευχὴν ἐν πεποιθήσει, διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ, *in eò habemus
 fiduciam & accessum in confidentiâ, per fidem ejus*, Ephes. III.
 12. Ὅσα γὰρ ἐπαγγελίαι θεῶν, ἐν αὐτῷ τῷ Ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Ἀμὴν,
quotquot enim promissiones Dei, in illo Etiam, & in illo Amen,
 II. Corinth. I. 20. vel ut Syriaca versio habet: כִּלְהוֹן גַּר
 :וְהוּן אֵין בְּמִשְׁחָתוֹ בְּרַחֲמֵי דְאֵלֵהּ מִלְכְּנוּהִי *omnes pro-
 missiones DEI per Christum sunt etiam*. Ac Æthiopica: וְכֹוֹי
 :אֵמן וְכֹוֹי אֵמן כֵּן בְּאֵתְנָהּ וְכֹוֹי אֵמן *& quicquid
 promiserit Deus, verum est per ipsum, & in ipso Amen*. Theo-
 doretus in Cap. IV. 16. Epistolæ ad Ebræos, tomo III. Oper.
 fol. m. 414. ὡς ἢ ἄνθρωπος, καὶ δεξιερὺς, καὶ ἀπίστολος τῆς
 ὁμολογίας ἡμῶν, ἀκεί ἐξ δεξιῶν μου. Τῆτον χάριτος
 θρόνον κέκληκεν ὁ θεὸς ἀπίστολος, *ut homo, & Pontifex, & Aposto-
 lus confessionis nostræ, audit, sede à dextris meis*. Hunc thro-
 num gratiæ vocavit divinus Apostolus. Theophylactus ad I.
 cit: Epist. ad Ebræos, fol. m. 911. εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀμαρτίας ἔχομεν,
 ἀλλὰ αὐτὸς ἀναμάρτητός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ θεὸς χάριτος, ἔχει
 σεως, *&c. etsi enim nos peccatum habemus, ipse tamen absque
 peccatò est; insuper thronus est gratiæ non iudicii*. Proinde oportet
 nos cum fiduciâ accedere, confidentes eum daturum nobis quæ
 cupimus. Plura Veterum testimonia addere angustia pa-
 gellarum prohibet. Id solùm notamus quosdam ex Ebræo-



rum Traditionibus referre, in illò igne, qui coelitus demissus, oblatum munus Abelis absorpsit, leonis faciem conspectam fuisse. Vide Fagii Annotat. ad Cap. IV. 4. Genes. tomò I. Bibl. Critic. Anglican. fol. m. 99. & 105. Quod si verum, quis dubitat hóc signo notabili adumbratum fuisse, *leonem de Tribu Juda*, Jesum Christum, Dominum nostrum ac Salvatorem, Apoc. V. 5. qui in mundum venit, *ut ignem*, id est, *Spiritum Sanctum mitteret in terram*, Luc. XII. 49. Matth. III. XI. Actor. II. 3. cujus universa sacrificia typus fuere; in quò solò & nullò aliò, *spirituales nostra hostia preces, quas per illum Deo Patri offerimus, gratae sunt*, Fbr. XIII. 15. 16.

§. XXV. Consuetudinem hanc Synagogæ Judaicæ Christiani primitivæ imitati sunt Ecclesiæ, quorum sacra publica magnâ ex parte stando peragebantur. Nonne Diaconi ante lectionem sacrarum scripturarum silentium stando imperabant? Id indicat Chrysostomus Hom. XIX. in Acta Apost. Tomo III. Oper. fol. m. 580. *stat minister, communis minister altâ voce clamat ac dicit: ATTENDAMUS: & sæpius illam vocem clamat, &c. &c.* quod etiam repetit Homil. III. in II. ad Thessalon. Tomo IV. Oper. fol. m. 1412. Confer. Clemens Romanus lib. II. Constit. Apost. Cap. LVII apud Severin. Binium Tomo I. Concilior. fol. m. 57. Et lib. VIII. Cap. XI. fol. m. 90. Ambrosius in Præfat. ad Psalmos, Tomo II. Oper. fol. m. 653. Augustinus Lib. XXII. de Civitate DEI, Cap. VIII. tomò V. Oper. fol. m. 1350. Rhabanus Maurus Lib. I. de Institut. Clericorum Cap. VII. tomò VI. Oper. fol. m. 5. & alii plures. Nonne ad Evangelium quod Lector in pulpito stans prælegebat, omnes tum Clerici tum Laici surgebant? Constitutionum, quæ Apostolorum titulum & Clementis Romani auctoritatem præ se ferunt, non tamen
ab

ab Apostolis conditæ, nec à Clemente Rom. Episc. collectæ, satis tamen antiquæ sunt, Lib. II. Cap. LVII. fol. m. 57. hæc verba leguntur: *cùm legetur Evangelium, Presbyteri & Diaconi, universusque populus magnò cum silentiò stent.* Patriarcha Philotheus in ordine sacri Ministerii Num. 65. in Euchologiò Græcorum, Jacobi Goar, fol. m. 8. ante finem: *Diaconus ad populum conversus dicit. σοφία, ἔρῃσι ἀνέσωμεν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, sapientia, recti, id est, corpore erectò stemus & audiamus Evangelium.* Conf. Amalar. Fortunat. Lib. III. de Eccles. Officiis Cap. XVIII. tomo IX. parte I. Bibl. M. Patr. fol. m. 349. Honor. Augustodun. in Gemmâ Animæ, lib. I. Cap. XXII. tomo XII. Bibl. M. Patr. fol. m. 1020. Walafrid. Strabo Lib. de Rebus Ecclesiast. Cap. XXII. tomo IX. parte I. Bibl. M. Patr. fol. m. 960. Gulielm. Durand. Lib. IV. Divinor. Offic. Cap. XXIV. Num. XXIII. fol. m. 243. Johannes Beletus in Rationali divinor. Officior. Cap. XXXIX. fol. m. 969. Microl. de Ecclesiast. Observationib. Cap. IX. tomo XI. Bibl. M. Patr. fol. m. 380. Nonne Ecclesiæ Doctores stando ad populum verba faciebant? Augustinus Concione II. in Ps. XXXII. tomo VIII. Oper. fol. m. 224. in fine. *Spectatores in amphitheatro fortè insaniunt, & in sole sedent, & nos, si stamus, tamen in umbraculò sumus, &c.* Chrysostomus Hom. XXXIII. in Cap. X. Matthæi, tomo II. Oper. fol. m. 301. ante finem: *causâ tui rectus stat Doctor, laboribus & afflictionibus affectus &c.* Conf. Hom. ejus XVI. ad Popul. Antioch. tomo V. fol. m. 145. in fine. Sedisse quandoq; Clericos olim in suis ad populum concionibus, Chrysostomi, Augustini, Cassiodori, Optati Milevitani, Gregorii Nysseni, Nicephori, aliorumque declarant scripta, ast sessio rarior, & communior statio, nisi vel senium, vel infirma corporis constitutio obstaret; quam excusationem, quòd præter consuetudinem sederet, afferre

afferre videtur Augustinus, libro de Catechizandis Rudibus, Cap. XIII. tomo IV. Oper. fol. m. 907. Clericos imitati sunt in quibusdam locis auditores, qui sermones suorum antistitum stando audiebant, perpendiculariter standi actum pios ac humiles auditores, ab divini verbi reverentiam, & attentionem maximè excitandam, decere. Constantinus M. interrogatus, cur inter concionandum cum cæteris sine discrimine erectò staret corpore, à latere regali solio, in quò se reclinare posset, existente, memor hujus respondit: *nefas esse, institutis de Deo disputationibus, negligentes aures præbere, pium verò ac religiosum esse, ut de rebus divinis stantes audiant*, apud Eusebium lib. IV. de Vita ejusdem, Cap. XXXIII. Augustinus de suis temporibus refert, populum in Ecclesiâ Africanâ non habuisse sedendi potestatem, ita verò ille Tract. XIX. in Cap. V. Johannis, tomo IX. Oper. fol. m. 173. in princ. *nostis fratres, quia ad panem ventris cum labore pervenitur, quanto magis ad panem mentis? cum labore statis & auditis, sed nos cum majore stamus & loquimur*. Vide: Optatus Milevitanus lib. IV. contra Parmen. Donatist. tomo IV. Bibl. M. Patrum, fol. m. 284. Col. I. in princ. Senes autem ac infirmi inter concionandum sedebant, aut baculis suis innitebantur, testibus Augustinò & Optatò Milevitanò. In aliis Ecclesiis alium fuisse morem idem Augustinus refert dum in librò de Catechiz. Rudibus, Cap. XIII. ita loquitur: *longè consultius in quibusdam Ecclesiis transmarinis non solum Antistites sedentes loquuntur ad populum, sed ipsi etiam populo sedilia subjacent, ne quisquam infirmior stando lassatus, à saluberrima intentione avertatur, aut etiam cogatur abscedere*.

§. XXVI. Accedit standi ritus in precibus publicis, quem Dominus exemplò suò approbavit, Joh. XI. 41. Justinus Martyr Apol. II. pro Christianis, fol. m. 98. ante finem:
lecto-

lectore quiescente, presidens orationem, quâ populum instruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur habet. Sub hac consurgimus communiter omnes, & preces profundimus. Clemens Romanus Lib. II. Constitut. Apostolic. Cap. LVII. fol. m. 57. apud Binium Tom. I. Concilior. oportet stare in Ecclesiâ sapienter, sobriè, & vigilanter, auribus ad verbum Domini intentis. Deinde cuncti pariter consurgentes, & in orientem spectantes, egressis Catechumenis & pœnitentibus precentur DEum, qui ascendit & t, Tertullianus Lib. de Orat. Cap. XII. fol. m. 134. siquidem irreverens est assidere sub conspectu, contraque conspectum ejus, quem quàm maximè revereris ac venereris, quantò magis sub conspectu DEI vivi, angelò adhuc orationis adstante, factum illud irreligiosum est, nisi exprobramus DEO, quod nos oratio fatigaverit? Quem morem Veterum, moderni Græci ac Æthiopes ad hunc diem o servant. Christophor. Angelus in Enchiridiò de statu hodiernor. Græcor: Cap. XXI. fol. m. 233. Orant Græci in templis erecti semper & stantes. Habent verò & fulcimenta nonnulla in templis, &c. stant verò istis suffulti, quando hymnis Deum deprecantur. Ludolphus Lib. III. Hist. Æthiopic. Cap. VI. de ritibus & cerimoniis Ecclesiæ Æthiopicæ, Num. XXVI. nulla in templis subsellia sunt, neque enim sedere, aut in genua procumbere, sed stare inter sacra solent, secundum veteres canones, quos etiam Græci & Rusi observant, qui id reverentia loci & attentioni debita convenientius putaverunt, quàm sedere. Sequens ætas, infirmitati magis consulens s̄sionem permisit, ne lassitudine attentio vinceretur. At temperamentum Habesini reperere, videlicet cruculas, (gabalos) quibus stantes innituntur, easque discedentes in porticu Templi relinquunt. Si qui fortè imbecilliores humi confederint, à Diaconis inter orandum consurgere jubentur. Exclamant enim sæpius, qui sedetis surgite. Im-

G

primis

primis diebus dominicis, totisque quinquaginta diebus
 post Pascha, usque ad festum Pentecostes, in signum & nostræ
 & Christi resurrectionis, cujus gratiâ à peccatis & morte, quam
 vita mortua deglutivit, liberati sumus, preces stando fun-
 debantur. Justinus Martyr, vel quicumque tandem Author
 est Quæstion. & Respons. ad Orthod. Quæst. CXV. fol. m.
 468. ubi quæstio formatur, *Ἄρα τί ἐν ταῖς κυριακαῖς ἡμέραις,*
καὶ ἀπὸ τῆς πάσχα, ἕως τῆς πεντηκοστῆς, γόνυ ἔκλινουσιν οἱ εὐχόμενοι;
quapropter diebus dominicis, & à Pascha feriis ad Pentecosten
usque, precantes genua non flectunt? & sic respondetur: *τὸ*
ἦ ἐν τῇ κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ, σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι-
ὅτι τῇ τῆ χειρὸς χάρτι, τῶν τε ἀμαρτημάτων, καὶ τῆ ἐπ' αὐτῶν
πιθανοῦς θανάτου ἰλευθέρωθημεν, quod verò die dominicâ ge-
nua non inflectimus, signum est & designatio resurrectionis, per
quam gratiâ Christi, & à peccatis, & à mortificatâ in eis morte
liberati sumus. Tertullianus libro de Coronâ Militis Cap.
 III. fol. m. 102. *die dominicò jejunium nefas ducimus, vel de*
geniculis adorare. Eâdem immunitate à die Pascha, in Pentecosten
usque gaudemus. Concilium Nicænum I. Canone XX. tomo I.
 Synodici, studiò Beveregii editi, fol. m. 84. ita hâc de re loqui-
 tur: *ἐπειδὴ τινὲς εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς*
πεντηκοστῆς ἡμέραις. Ὑπὲρ τῶν πάντων ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοίως ὡσαύ-
τουλάττεσθαι, ἐπὶ τῶν εἰρησίων τῇ ἀγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι
τῷ Θεῷ, quoniam sunt quidam, qui die dominicò genu flectunt,
& ipsis diebus Pentecostes: ut omnia similiter in omni parochiâ
serventur, visum est sanctæ synodo, ut stantes Deo orationes per-
solvant. Ad quem canonem Balsamon hunc in modum
 commentatur: *Præsens canon, in omni dominicò, & omnibus*
Pentecostes diebus feriari, & omnes stantes orare decernit, ut,
qui cum Christò consurreximus, & supernam habitationem
que-

51

quaramus. Zonaras ad eundem: non esse dominicis aut Pentecostes diebus in genua procumbendum, cum aliorum Patrum, tum magni quoque Basilii precepto admonemur; à quo etiam, cur id vitatum, ac stantibus per eos dies orare permissum, suis quidque rationum momentis explicatur. Quae quidem sunt: primo ut cum Christo surgendum, ac ea quae sursum sunt, quaerenda nobis esse meminerimus. Deinde quod futura vita quam expectamus, Dominica dies imago existat, cum ipsa una sit & octava. -- -- Proinde ut alumnos suos Ecclesia ad ejus die; memoriam saepius usurpandam, moresque ad illam conformandos erudiret, ut stantes precaremur, edixit, ut supernam aspicientes hereditatem, ipsam perpetuo contemplemur. Morem hunc igitur, genua, commemoratis diebus haud flectendi, ubique non observatum, hic canon omnibus locis retineri jubet. Desumpsit hæc Zonaras ex Basilii M. Libro de Spiritu Sancto Ad Amphiloichium Iconii Episcopum, Cap. XXVII. tomo II. Oper. Fol. m. 352. 353. Vide quoque Alexii Aristeni synopsis hujus XX. Canonis. Augustinus Epist. CXIX. ad Janua. Cap. XV. tomo II. Oper. fol. m. 573. quinquaginta dies complentur, qui celebrantur, post Domini resurrectionem, jam in figurâ non laboris, sed quietis & letitiae. Propter hoc & jejunia relaxantur & stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Unde etiam omnibus diebus Dominicis id ad altare observatur. Hieronymus in Dialogo adversus Lucifer: tomo II. Oper. fol. m. 198. Die Dominicò & per omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare, & jejunium solvere, multaq; alia, quae scripta non sunt, rationabilis sibi observatio vindicavit.

§. XXVII. Eucharistiae Sacramentum standò celebrabatur; stabat sacerdos consecrans panem ac vinum, stabant sacris epulis fruituri. Clemens Romanus Lib. II. Constit. Apostol. Cap. LVII. deinde cuncti

pariter consurgentes, -- -- egressis Catechumenis & pœnitentibus, precentur DEum &c. Dionysius Areopagita de Ecclesiast. Hierarch. Cap. III. Distinct. II. de Mysterio Synaxeos, tomo I. Oper. fol. m. 284. *tum lotis aquâ manibus, Pontificis ac sacerdotum, ὁ ὑπὸ ἐξάρχουστος pontifex divini altaris medio assistit -- -- divinissima consecrat mysteria.* Et Distinct. III. in Contemplatione, §. X. fol. m. 295. *his autem eò quò dictum est ritu celebratis, adstans coram symbolis sanctissimis pontifex &c.* Et §. XII. fol. m. 298. *quapropter divinus quoque Presul sacro altari assistens, &c.* Vid. Paraphrasis Pachymeræ in Mysterio Synax. fol. m. 316. Et Cyrillus Hierosolymit. Catechesi V. Mystagog. fol. m. 239. 244. 245. In Liturgiis quoque Veterum consuetudo hæc ad sacram cœnam standi fundatissima est. Liturgia Jacobi tomo I. Bibl. M. Patrum, fol. m. 15. *Diaconus exclamat: stemus honestè; stemus reverenter; stemus cum timore DEI, &c.* Eadem occurrunt in Liturgiis quæ circumferuntur sub titulis Marci, Petri, Matthæi, vulgò Liturgiâ Æthiopum dictâ, Basilii M. Chrysoptomi, quas duas posteriores in Euchologio Græcorum Jacobi Goar paulò ante citatò, invenies. Licet enim hæ & similes suppositivæ sint, ac post primam originem interpolatæ, quod etiam ex Pontificiis modernis apertè fatentur, Dupin Tomo I. Biblioth. novæ Auct. Eccles. fol. m. 12. Et tomo III. fol. m. 120. Natales Alexand. tomo III. Hist. Eccles. Cap. XII. Art. III. fol. m. 39. antiquæ tamen sunt, & ritus sui temporis, cum primis publica sacrorum exercitia distinctè indicant. Denique ex stationibus, quarum crebra apud Tertullianum mentio non ineptè hoc colligitur, is in librò de Orat. Cap. ultimò, fol. m. 136. ita differit: *nonne sollemior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris.* De Stationibus Veterum Petavius ad Exposition. Fidei
Epi-

Epiphani, tomo II. Oper. fol. m. 356. Albaspinæi Aurelianensis Episcopi Liber I. Observat. Observat. XVI. fol. m. 69. & sequent. Beveregii Annotationes ad Canon. Apost. LXIX. tomo II. Synodici, fol. m. 35. & alii plures evolventi.

§. XXVIII. Catechumeni baptizandi diabolo renunciaturi, versus occasum manibus demissis, erecto stabant corpore; facta vero renunciatione ab occasu versus orientem se convertebant, manus in altum protendentes, quasi pactum cum inferno & morte initum nunc dissolverent, & abjectis pristinae vitae tenebris, novam Evangelicæ lucis gratiam salutarent. Dionysius Areopagita de Eccles. Hierarch. Cap. II. Distinct. II. §. VI. tomo I. Oper. fol. m. 253. *Sacerdos sistens baptizandum ad occidentem prospectantem, manusque versus illam plagam aversas protrudentem, tertio satanam insufflare jubet, -- -- -- ipsum deinde ad orientem transfert, & in cœlum intuentem, manusque attollentem &c.* Conf. Distinct. III. Contemplatio, §. V. fol. m. 258. S. Maximi Scholia, fol. m. 267. Paraphrasis Pachymeræ, fol. m. 276. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi Mystagog. I. fol. m. 227. *primum ingressi estis in porticum domus Baptistarii, & stantes versus occidentem, mandari vobis audivistis, ut protensa manu, tanquam presenti satana renunciaretis. Et quibusdam interjectis pag. 228. quâ de causâ verò versus occasum steteritis, opera pretium esse puto explicare. Cùm solis occasus apparentium tenebrarum sit locus, diabolus autem cùm sit tenebra, robur in illis suum habet. Idcirco symbolicè occasum spectantes, caliginoso illi tenebrarum principi renunciatis. Quid igitur unusquisque vestrum stans dicebat? &c.* Denique pag. 230. hunc in

modum scribit: *cum itaque satana renunciaueris, & omne cum illò pactum rescideris, -- -- aperitur tibi Paradisus DEI, quem ipse ad orientem plantauit. -- -- -- Et huius rei symbolum est, cum ab occasu conuerteris ad orientem.* Oratio ad faciendum Catechumenum, quam exhibet Euchologium Græcorum, fol. m. 338. *& exutum discalceatumque baptizandum conuertit sacerdos ad occidentem, -- -- -- Et hoc illò faciente uertit illum sacerdos ad orientem.* Conf. Hieronymus in Cap. VI. Amos. Elias Cretensis in Orat. XIX. Gregorii Nazianzeni, Tomo II. Oper. fol. m. 713. Et in Orat. XL. fol. m. 1087. Severus Patriarcha Alexand. in libro de Ritibus Baptismi tomo VII. Biblioth. M. Patrum, fol. m. 530. Ludolphi Histor. Æthiopica Lib. III. Cap. VI. Num. XXXII.

§. XXIX. Quatuor in primitivâ Ecclesiâ erant ordines pœnitentium. Primus *προσκλαίωντων flentium*; secundus *ἀκροωμένων audientium*; tertius *ὑποπίπτοντων substratorum*; quartus *συνιστάμενων consistentium*. *προσκλαίοντες* stabant in Propylæo seu Porticu Ecclesiæ, viliori habitu amicti, cum luctu ac lachrymis ingredienti ac egredientes rogantes, ut pro se apud Deum intercederent. *ἀκροώμενοι* stabant in Narthece ad *ἑραίας πόλας* speciosas portas. *ὑποπίπτοντες* stabant in inferiori Ecclesiæ propriè sic dictæ parte inter ambonem & speciosas portas. *συνιστάμενοι* stabant in superiori Ecclesiæ propriè sic dictæ parte cum cæteris fidelibus; consistentes dicti, quod unâ cum fidelibus consisterent, nec cum Catechumenis, reliquorum instar pœnitentium exirent. Gregorius Thaumaturgus Canone XI. tomo II. Parte I. Synodici, curâ Beveregii Oxonii edicti, fol. m. 35.

ἢ πρὸς

55

ἡ ἐκκλήσις ἐξῶ τῆς πύλης τῆς Ἐκκλησίας ὄσιν. ἔνθα ἐστὶν τὰς
 ἀμαρτάνοντα, καὶ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν, ὑπὲρ αὐτῶν
 εὐχεσθαι. ἡ ἀκρόασις, ἐνδοθὶ τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα
 ἐστὶν καὶ τὰς ἡμαρτηκότα, ἕως τῶν κατηχημένων, καὶ ἐντεῦθεν
 ἐξέρχεσθαι. Ἀκούων γὰρ φησὶ τῶν γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας
 ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιάσθω προσευχῆς. ἡ ἵ ἐπίπτουσις, ἵνα
 ἐσωθῆν τῆς πύλης τῆς ναῦς ἰσάμνησθαι, καὶ τῶν κατηχημένων ἐξέρ-
 χήται. ἡ σύστασις, ἵνα συνίσταται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχεται
 καὶ τῶν κατηχημένων, *fletus, seu luctus est extra portam*
Oratorii ubi peccatorem stantem oportet fideles ingredien-
tes orare, ut pro se precentur. Auditio est intra portam
in porticu, ubi oportet eum, qui peccavit, stare usque
ad Catechumenos & illinc egredi. Audiens enim, inquit,
scripturas & doctrinam ejiciatur, & precatione indignus
conferatur. Subjectio autem seu substratio est, ut intra tem-
ppli portam stans cum Catechumenis egrediatur. Congrega-
tio seu consistentia est, ut cum fidelibus consistat, & cum Ca-
techumenis non egrediatur. Consentit his Matthæus Mo-
nachus sive Blastares in Syntagm. Alphabet. Lit. M.
Cap. VI. tomo II. parte II. Synodici fol. m. CLXXVII.
 Παινοῦντες, sunt verba ejus, in quatuor ordines distribuuntur,
 εἰς τὰς προσκλαίοντας, εἰς τὰς ἀκροαμίας, τὰς ἐπιπίπτουσας, καὶ
 τὰς συνιστάμίας, *in deflentes, audientes, substratos & consisten-*
tes. Et προσκλαίοντες deflentes quidem sunt, qui extra sa-
crarii ostium stant, & ingredientium & egredientium fi-
delium precationes rogant, & peccati remissionem. ἀκρο-
αῖμοι audientes verò, qui intra ostium stantes in locò Narthe-
ce dictò, sacras scripturas & communem disciplinam au-
diunt, deinde cum Catechumenis egrediuntur. ὑποπίπτουσας
substrati autem sunt, qui intra Ecclesiam stant, verùm
post

post ambonem, & cum Catechumenis & ipsi egrediuntur, quando à Diaconò pronunciat, quotcunque Catechumeni. *Συνιστάμενοι* verò, qui cum fidelibus simul precantur & canunt, at à sanctorum communione, id est Eucharistiâ, abstinent, donec definitò tempore adimpletò, ad sanctam communionem tandem plenè admittantur. Legantur præter Authores citatos, Jacobi Goar notæ ad Ordinem Sacri Ministerii, in Euchologiò Græcorum, fol. m. 22. 23. Beveregii Annotat. ad Canon. XI. Concilii Nicæni primi, tomo II. Synodici, fol. m. LXXI. & sequent. ubi præmissâ Ichnographiâ Templorum primitivæ Ecclesiæ, doctè hanc materiam ex monumentis Veterum illustravit. Albaspinæi Lib. II. Observat. Observat. XXII. XXIII. XXIV. & XXV. fol. m. 200. & sequentibus. Sviceri Thesaurus Eccles. Parte I. fol. m. 170. & Parte II. pag. 854. 1192. 1391.

ברוך רחמננו דסויען:



Be. 3261.

80

ULB Halle 3
001 602 624



10/17

11



MAR
Notit
VAR. DE



13 5

בעימהנוצרי:

עבודת ברת המקדש שלה היתה
אלה בעמידה:

DISSERTATIONEM HISTORICO-
PHILOLOGICAM,

De

CULTU DIVINO
SANCTUarii V. T. QUEM
STANDO FIERI OPORTEBAT,

DIVINâ FAVENTE GRATIâ,
EX SCRIPTURIS SACRIS V. ac N. T.,

Targumim, utrôque Talmude Hierosolymitanô &
Babylonicô, hujusque optimis Interpretibus, aliisque scriptis
Ebræorum celeberrimis, imprimis Maimonidis secundâ lege
seu manu forti,

Summâ curâ & diligentîâ collectam, instar speciminis
cujusdam, laborum impofterum edendorum,

Orbi erudito publicè exponit,

M. CHRISTIANUS Walthers/
Pastor Sackheim.

אם אין אני לי מי לי ובשאתי לעצמי מה אני ואם
לית עכשיו אימתי: — — — אמר כשאפנה אשנה
: Si non ego mihi, quis mihi? Et cum
ego mihimet ipse, quid ego? Et si non modo, quando? — — —
Cave dicas cum otiosus fuero discam, fortassis nunquam
otiosus eris. Pirke Abos Cap. I. & II.

M.

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS. M DCC.

